









1693.

1^{er} Beierus, Adrianus: *Iustitia retribuens hoc est: De rebus
proce legali*. . . 2 Exempl. 1693: 1757.

2. Beierus, Adrianus: *Quod praedicae crucem sit
indelegabile*.

3. Beierus, Adrianus: *Naturae jura et analogae cecitatis*.

4. Brucknerus, Wilhelmus Hieronymus: *De culpa, quae
concretive talis dicitur, et in omni contractu sunt
praestanda*.

5^{us} Brucknerus, W. H. Hieronymus: *De invalido testimonio
mulierum*. 2 Exempl. 1693: 1754.

6^{us} Brucknerus, W. H. Hieronymus: *Artificem delinquentem
a poena ordinaria immunem*. . . 2 Exempl.

7. Floerken, Henr. Ernestus: *Parentum jura in peccatis adven-
tibus*.

8. Hebenstreiter, Paulus: *De remediis adversus locustas,
inprimis pontificiorum quos undam methodo expellere di-
cas per excommunicationes, aquam lustralem et exorcis-
mum*.

1693.

9. Hebenstreus, Joh. Pentus: De locustis, immenso agmine
aerem nostrum implentibus, et quid fortendere patentur.

10. Lynckerus, Nicolus Christophorus: De juribus ac privilegiis
minorum.

11. Lynckerus, Nic. Christophorus: De munere Directorialis circa
negotia imperii

12^{a et 2} Lynckerus, Nic. Christophorus: De causis judicium Generale
fundantibus. 2 Sumpt. 1693 i 1735.

13^{a et 2} Lynckerus, Nic. Christophorus: De commendatione specialis.
2 Sumpt. 1693 i 1746.

14. Lynckerus, Nic. Christophorus: De eo, quod justum est circa
silentium.

15^{a et 2} Lynckerus, Nic. Christophorus: De bonorum allodialium
in feudalia incorporatione 2 Sumpt. 1693 i 1747

16^{a et 2} Lynckerus, Nic. Christophorus: De semiplenis proba-
tionibus. 2 Sumpt. 1693 i 1742.



u
17.
is
h
all
.
-
-



10

9. J.

10.

11.

12^a

13

14.

15^a

16



Pub. 19. num. 11.

Q. D. B. V.

1693, 12^a

15

22

CAUSAS
JUDICIUM CAMERALE
FUNDANTES,

SUB PRÆSIDIO

VIRI ILLUSTRIS ET EXCELLENTISSIMI

DN. NICOL. CHRISTOPHORI
LYNCKERI

JCTI FAMIGERATISSIMI

HEREDITARII IN FLURSTAET ET KOETSCHAU
SERENISSIMI DUCIS, SAXO-VINARIENS. CONSILIARII INTIMI,
JURIDICÆ FACULTATIS SENIORIS ET ANTECESSORIS
PRIMARI, NEC NON CURIÆ PROVINCIALIS ET
SCABINATUS ASSESSORIS GRAVISSIMI

DN. PATRONI OMNI OBSERVANTIÆ CULTU
ÆTATEM DEVENERANDI,

IN INCLYTA SALANA:

DISSERTATIONE ACADEMICA

exhibet

& placidæ Eruditorum disquisitioni

ad diem VII. Januar. c1o 1oc XCIII.

submittit

AUTOR ET RESPONDENS


JOHANNES CHRISTOPHORUS Hund/
NOB. PALATIN.

JENÆ,

Literis WERTHERIANIS.



SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DN. CHRISTIANO
AUGUSTO,
Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariae,
Juliaci, Cliviae & Montium, Comiti Veldentii,
Spanheimii, Marcae, Ravensbergi & Moer-
siae, Dynastae in Ravenstein,
PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO,
PERPETUA FELICITATIS INCREMENTA.

UGUSTISSIMO SERE-
NITATIS TUAE NOMI-
NI nil, nisi quod & doctrinae
praestantia, & tractationis ele-
gantia commendari merito possit, conse-
crari

crari debere, TUUSEQUIDEM, SERENIS-
SIME PRINCEPS, maximus literarum
splendor, quò omnes undiquaque oras,
incomparabili prorsus exemplò, illu-
stras, jure quasi suò deposcit. At verò
dum summam, quæ maximè Gentilitia
TIBI est, clementiam omnes suspiciunt:
propensissimum quoque & gloriosissi-
mum, PRINCEPS OPTIME, quò studia
foves, affectum & mihi devotissimè ad-
mirari licebit. Ad quæ proinde omnia,
sed ò! quantæ virtutes, eà, quàm decet,
animi subjectione nunc confugiens,
quin audaciæ meæ veniam impetra-
turus sim, nullus dubito: obsequiosis-
simis contendens precibus, dignetur
AUGUSTISSIMA TUA SERENITAS
primitias hasce Academicas, rudes li-
cèt adhuc, nec satis formatas, in subje-
ctissimæ devotionis, & humillimi obse-
quii pignus, ad Pedes TUOS devolutas,
beni-

benignissimè suscipere, donec, DEO
dante, sub TUO, PRINCEPS ac DOMINE
CLEMENTISSIME, tutamine, meliora,
Tantisque Oculis digniora offerri pot-
erunt. Servet interim Divina Cœli
Majestas SERENITATEM TUAM, in
tantò Principali culmine, rebus omni-
bus usque & usque florentissimam, lar-
giatur vitam IPSI pacatissimam, maxi-
mèque diuturnam; Regimen concedat
felicissimum, ita, ut SERENISSIMÆ
FAMILIÆ fortunas nulla Germaniæ
superare possit. Quod ex intimis cor-
dis vovet recessibus

SERENITATIS TUÆ

Servus Subjectissimus
Johannes Christophorus Hund.

in ipsis rerum argumentis nondum satis versato, rerumque Cameralium interiori scientiâ destituto. Unicum hîc præmoneo, sæpius Conceptum Ordinationis Cameralis, à Dn. Jacobo Blumiô, Advocato quondam Camerali editum, allegatum à me esse: non quasi vim Legis Imperii illud nactum esse putem; sed quòd ob insigne augmentum, luculentioresq; tractandi ordinem utiliùs & commodiùs citari illud posse existimem. Quibus præmissis ad ipsam rem propiùs accedo. Annue modò Trinunc DEUS coeptis hisce, in Sanctissimi Tui Nominis gloriam!

CAPUT I.

GENERALIA QUÆDAM, DE
CAMERÆ JURISDICTIONE FUN-
DANDA, PRÆMITTIT.

I.



Vocum, quas Dissertationis nostræ titulus exhibet, Etymolog. Homonym. & Synonym. pro more à nonnullis in Academiis recepto, hîc explicare, nec non, quæ de Constitutione Cameræ Imperialis communiter proponi solent, afferre, non superfluum modò, sed & scopo nostro, qui de causis summum hoc Imperii iudicium fundantibus, pro ingenii modulò acturi sumus, parum conveniens esse arbitramur. Antequàm autem ipsam causarum illarum tractationem aggrediamur, de jurisdictione Cameræ, & quâ ratione illa generaliter fundetur, pauca quædam præmittemus.

II. Est



II. Est verò apertissimi juris, licere litigatoribus **Cameram** etiam ex compromissò adire. Id quod tamen indistinctè admittendum non est. Nec enim quævis compromissa ibi recipiuntur, sed illa tantùm, quæ inter personas imperio immediatè subjectas & vigore Constitutionum imperii Austregarum privilegiò gaudentes, nec non inter eas personas, quæ ex se & suâ naturâ in primâ instantiâ Cam. iudicium agnoscere tenentur, facta fuere; Estque tunc nihilominus in Judicis & Assessorum liberâ voluntate positum, utrum hæc compromissa recipere an rejicere, velint. *Blum. Concept. Ord. Cameral. p. 2. T. 29. pr.* Ne autem iudicium Cam. per receptionem horum compromissorum, in expeditione aliarum eò perinentium causarum impediatur, sancitum est, ut Processus ille in aliis opportunis Imperii locis, prout inter partes compromittentes conventum fuerit, ad sententiam usque definitivâ exclusivè continuetur; post factam verò in causâ utrinque conclusionem, acta ab iis, quibus cognitio causæ commissa est, utràque parte litigante, aut eorum Procuratoribus præsentibus collecta, & sub ipsorum partiumque sigillis obsignata, Cameræ resignanda transmittantur: quò illa quid de jure & causæ qualitate ulterius agendum sit, tandem pronuntiare queat. *Conc. d. l. §. 1.* Quòd si autem ista acta ad Cameram transmittantur, ut secundùm ea sententia concipiatur, indeque ad illam, coram quò causa hæctenus ventilata est, remittatur: tunc ejusmodi acta non acceptari tradit *Myns. 5. O. 2. Rodingius verò L. 1. ff. Cam. T. 4. §. 24.* inquit, Cameram Imp. sententiam secundùm acta judicialia concipere, nec arbitris pronunciationem illius committere consuevisse: quia Assessoribus non licet aliis sententias concipere, vel consilia suppeditare. *Myns. d. l.* In causis propriis tamen, vel proximos agnatos concernentibus, hoc illis permissum est. *Conc. p. 1. T. 19. §. 8.* Judex verò Cam cum Assessoribus admonetur, ut in expediendis ejusmodi compromissis eâ utatur discretione, ne tempore ordinariorum relationum, sed horis pomeridianis, aut in feriis referantur, neque tantùm interlocutoriè decidantur; sed in omnem eventum sententiâ definitivâ finem fortiantur, neq; sportulæ ante inter illos distribuantur. *Conc. d. T. 29. §. pen.* In his compromissis revisio locum non habet, nisi partes conquerantur



tur de enormissimâ læsione, quæ liquidè & manifestè ex actis constare possit, adeoque pravum sit arbitrium, ut manifesta ejus iniquitas appareat: quò casu revisio non est deneganda. *d. T. §. ult.*

III. Est verò in reliquis jurisdictio Cam. in quantum legalis est, *ordinaria*, non delegata: *Illustr. Dn. Pras. ad Tit. de Jurisd. th. 12.* quia per legem est delata. *Ord. Cam. 1495. art. 1. Conc. p. 1. T. 25. §. 4. & p. 3. T. 56.* Jam autem jurisdictio, quam lex defert, *ordinaria* est, per *l. 6. ff. de Jurisd.* Deinde à Cam. appellari nequit: *Conc. p. 1. T. 3. pr. & p. 3. T. 61.* id quod tamen requireretur, si delegata dici deberet: quia à delegatò appellare licet, per textus à *Gail. 1. O. 121.* citatos. Denique morte Imperatoris non concidit hoc judicium, sed tempore etiam interregni continuatur, suâque jurisd. fungitur. Processus tamen tunc sub nomine *Sereniss. Imperii Vicariorum* ac communi utriusque insignia referente sigillò hodiè emittuntur. *Lymn. ad A.B.T. 5. §. 1. O. 9.*

IV. Habet quoque Camera *concurrentem* cum Judiciò Aulicò jurisdictionem. Causæ enim Judicium Cam. fundantes non eò respectu ad illud pertinere dicuntur, ut necessariò ibi tractari debeant, nec coram Imperatore in Aulicò ipsius Consiliò proponi atque ventilari queant, sicque inde præcisè ad Cameram remittendæ sint. Per verba namque *Ord. Cam. p. 2. T. 27. ibi: Der Keyserlichen Jurisdiction unterworffen*, rectè infertur, causas, de quibus Camera cognoscit, esse de jurisdictione Cæsaris, eique minimè exemptas, sed potius, ubicunque Cameræ jurisdictio fundata, ibi Cæsarem cum eâ concurrere, *vid. Leipold de Concurr. jurisd. qu. 1. & 4.* Imò hoc ipsum textus *Ord. Jud. Aul. Ferd. III. T. 2. pr.* confirmat, quò ad Judicium Imp. Aulicum dicuntur pertinere: *Alle und iede Sachen das Heil. Röm. Reich / desselben Hoheit und Rechten / Herrlichkeit / Berechtigtheit / Pfandschafft / Löfung / Regalien / Hohe und Nieder Lehen / Privilegien / Indult / Confirmation, und anders / wie es Nahmen haben mag / und in summa, was nach der unfehlbahren justitien dirigirt und decidirt werden soll &c.* Ex quò textu videre quoque est, quòd hæc duo judicia non per omnia concurrant; sed Cameræ restrictior jurisdictio data sit. Causas verò à concurrentiâ exemptas in tres classes



classes dividit *Uffenbach. de Judiciò Imp. Aul. c. 10. S. 1.* ratione scil. territorii, personarum & rerum. An Jud. Aul. in causis fr. pac. relig. concurrat, in utramque partem, durante bellò Germanicò, agitata quæstio est, *vid. Lymn. IX. c. 2. n. 127.* Cæterum *Petr. Syring. in Diss. de Pace Relig. Concl. 53. lit. B.* affirmativam tenet, suamque sententiam septem rationibus firmat, & ad adversariorum objectiones XIV. *ibid.* respondet. Nec videtur amplius dubium superesse posse, postquam per *J. P. art. 5. §. 54.* verbis: *sed idem quoque &c.* pro paritate judicantium, Cæsaris voluntate etiam Aug. Conf. Assessores in dictò Jud. Aul. admissi sunt.

V. In iis igitur causis, in quibus concurrentia dictæ jurisd. obtinet (quas *Dn. Andler in Jurispr. publ. & privatâ l. 2. T. 1. §. 1. n. 10. & 36.* recenset,) datur præventioni locus, ut coram eò causa disceptanda sit, coram quò lis pendere cepit. Dicitur autem litispèndentia inducta per citationem reo legitimè insinuatam *Gail. 1. Obs. 29. n. 5.* scil. quoad reum; quoad actorem verò *Job. Andr. Gerhardus Disc. de supr. in I. R. Jud. D. 1. C. 3. §. 2.* in Camerâ observari dicit, ut quamprimum decreta citatio ad actoris notitiam pervenerit, licèt nondum sit expedita, aut reo insinuata, lis pendere incipiat. Idem de decretis & insinuatissimis literis præliminaribus informativis, *Schreiben umb Bericht d. l. §. 6.* affirmat. Lites itaque in Cam. cœptas ne quidem Cæsar ad Jud. Aul. avocari, aut aliò modò inhiberi, permittit, *R. H. D. Ferd. III. T. 2. §. 7. R. 1. 1654. §. 166. Capitul. Leop. Invièstiss. art. 42. & 26.* ac contra eum, qui litem in Cam. cœptam ad Aulam Cæs. trahere vult, mandata S. C. decernuntur, *Blum. de P. C. T. 34. n. 145.* agique potest ad pœnam 10. marcarum auri; nisi per remedia in Constitutionibus Imperii concessa (quæ illa sint, *v. Blum. de P. C. T. 25. n. 18.*) jurisd. Camerae impediatur. *R. I. d. l.*

VI. Fundatur verò jurisd. Cam. vel per viam simplicis querele, vel per modum appellationis. *arg. Conc. p. 2. T. 1. §. 31. utrobique in rubrò.* Hòc casu tamen privilegia de non appellandò tam limitata quàm illimitata (*v. Blum. d. tr. T. 47*) observanda omninò sunt: *J. P. art. 5. §. 56. R. I. noviss. §. 111.* summa quoque, infra quam appellare ad Cam. non licet, quæ hodie est 400. Reichsthaler/ at-

tendenda venit. *d. R. §. 112.* Plura de appellationis in Cam. sub-
jecto, materiâ, formâ, fine, effectu & contrariis *vid. ap. Blum, de*
P. C. Tit. 44. & seqq.

VII. Quando *per simplicem querelam* Camerae jurisd. fun-
dari dicitur, intelligendum illud est, resp. appellationis: quia hæc
non solum iniquitatis sententiæ querelam continet, *l. 17. de*
min. sed insuper querelam contra adversarium coram iudice
priori institutam, atque sic non unicam, sed multiplicem comple-
ctitur: *Blum. Tit, 25. n. 60.* unde ob hanc rationem quoque prima
instantia, ad differentiam itidem secundæ seu appellationis, no-
minari solet: tuncque fundatur vel ratione *personarum*, vel ra-
tione *causarum*.

VIII. Ratione *personarum* fundatur, quando reorum con-
ditio & qualitas facit, ut Camera Imper. forum competens sit,
quales sunt (I.) Personæ Camerales, ita ut etiam cesset concur-
rentia Aulae Cæs. *vid. R. I. 1654. §. 141. Conc. p. 1. Tit. 63. pr.*
Sunt verò illæ personæ, quæ collegio Cam. immediatè subjectæ,
ab illò in numerum redactæ, illique sacramentò præstitò obliga-
tæ sunt; quales sunt Iudex, Præsides, Assessores (hi recensiti tamen
retinent privilegium Austregarum, si aliàs eò gaudent, in actio-
nibus non ratione ipsorum officii Cam. oriundis. *Blum. de P. C.*
T. 26. n. 15.) Procuratores, Advocati, ac reliquæ personæ, quæ
Cam. operam suam præstant, quamdiu scil. in functione Camerae
manent: quod etiam extenditur ad totam familiam, uxores, libe-
ros, scribas, famulos, servos, ancillas. *R. I. nov. d. l.* Idem quoque
obtinet in eorum viduis & pupillis *d. l.* Quoad utriusque autem
demortui parentis liberos, proprium larem foventes, *vid. d. R.*
§. 142. Quòd si autem Procuratores & Advocati alii Domino
jurejurandò obstringantur, fortunarumque statum & domici-
lium aliò transferant, amittunt hanc jurisd. nec per substitutos
causas in Cam. agere possunt, *ita decretum d. 21. Nov. 1537.*
Personis Cameralibus, quin & Camerae immunitatibus gaudenti-
bus, accensentur quoque Præses Cam. Studiosi; *Conc. p. 1. T. 63.*
§. 5. modò sua nomina apud iudicem professi, atque matriculæ
Cam. inserti sint; *d. T. 63. §. 6.* aliàs magistratui loci subsunt
d. l. §. 8. Annumerantur iis ulterius litigantes eorumque solli-
cita-

citatores d. T. §. 4. Spiræ præsentés, modò nomina sua apud judicem Cam. professi & immatriculati sint. Gem. Besch. de annò 1563. d. 18. Jun. & 1659. d. 22. April. ita tamen, ut Practicantes illi, litigantes, horumque sollicitatores non quâcunque actione ibi conveniri queant. Blum. d. T. 26. num. 4. (II.) qui immediatè imperio sunt subjecti Conc. p. 2. T. 30. Gail. 1. Obs. 1. n. 39. excipiuntur autem Lege partim publicâ (1.) qui Austregas habent Ordinat. seu Legales. Conc. d. l. R. I. 1654. §. 105. (2.) qui ex Imperatoriæ Majest. privilegiò, vel per consuetudinem legitimam sive præscriptionem, jurisdictionem Camerae declinandi, forumque quale volunt, eligendi jus habent, Conc. all. loc. vid. J. P. art. 5. §. Deinde conceditur. 12. partim privatâ, qui judices habent ex privatâ conventionem, quos Conventionalium Austregarum nomine venire constat. O. Cam. p. 2. T. 2. pr. & T. 6. §. fin. ad d. T. 21. §. 1. vers. Wo aber etliche &c. (III.) qui privilegiùm primæ instantiæ quidem habuerunt, sed per irrogatam banni pœnam, vel regaliùm privationem amiserunt, qui enim omnia privilegia amittunt, meritò etiam fori privilegiò privantur. Myns. 1. O. 90. Gail. 1. O. 1. n. 38. Rod. T. 4. ff. Cam. Lib. 1. §. 25. (IV.) Vagabundi Gail. 1. O. 1. n. 34. Rod. d. T. §. 31. Leipold. de Concurr. Jurisd. qu. 2. De quibus omnibus pluribus hîc agere, ob limites instituto nostro præfixos, meritò supersedemus, cum constitutum nobis tantùm sit de causis tractationem instituere, atque unum alterumve ex his afferre, hinc

CAPUT II.

fistit

CAUSAS JUDICIUM CAM. FUNDANTES.

I.

Ratione causarum jurisdictio Cam. (salvâ Judicii Aulici Cæsarei concurrentiâ,) in primâ instantiâ fundatur, quando ipsum factum ita est qualificatum, ut non nisi ex suâ naturâ ejus cognitio & decisio ad hoc supremum Judicium pertineat, cessantibus

tibus omnibus primæ instantiæ privilegiis. Et quamvis in nonnullis *nulla personarum* habeatur *ratio*, in aliquibus tamen vel *rei conventi*, vel quandoque *utriusque litigantium*, immedietas requiritur.

II. Ad illa lubet primò locò referre *causam fractæ pacis publicæ* (des Landfriedbruchs) quæ minus rectè cum pace profanâ, quasi idem significet Profan oder Landfried/confundi solet: siquidem pax profana eadem est, quam religiosam dicimus, ideò, quòd etiam per illam pacificationem seu compositionem religionis gratiâ in rebus profanis pax reducta fuerit, *Illustr. Dn. Lyncker. in Anal. ad Swederi Jus Publ. Introd. part. gen. c. 3. §. 9.* Pax publica verò, quæ & civilis dicitur, primam originem debet Maximil. I. Imp. Cùm enim ille videret, effrenem subditorum petulantiam magis magisque augeri, cœcam barbariem, justitiæ proculcationem, atque animorum indomitam elationem ubique dominari, quin etiam perpetuis bellis civilibus intestinisque motibus Romanum infestari imperium atque dilacerari: mala hæc pro paternâ suâ sollicitudine Cæsareâque autoritate avertere studens, nullum præsentius remedium esse existimavit, quàm si omnia bella intestina, invasiones, spoliationes, atque imprimis inexcusatas diffidationes communi pace sopiret & tolleret. Quare in Comitiiis Wormatiens. habitâ cum Statibus Imperii consultatione, Constitutionem Pacis publ. anno 1495. sanxit, promulgavit, omnibusque seriò servandam injunxit: *vid. pr. Landfriedens d. anni*, quam quoque anno 1500. ulterius declaravit, quin & anno 1512. in R. I. Trevir. confirmavit. Cujus vestigiis subsequentes Imperatores Gloriosiss. scil. Carolus V. Ferdin. I. Maximil. II. Rudolph. II. egregiè institerunt. *vid. Gail. de P. P. c. 1. num. 12. Blum. de P. C. Tit. 29. n. 6.* Quæcunque verò postmodum sancita sunt, ad ordinem executionis pertinentia, non modò ad stabilendam, sed & ampliandam pacem publicam, pertinent, *Illustr. Dn. Pras. cit. loc.* Cùm verò ex diversis Imperii Constitutionibus moderna ejus capita addiscenda sint, recenset ea *Blum. d. T. n. 10. & seqq.* contra quæ si quis peccaverit, pacem publicam fregisse dicitur. Frangitur autem ea, vel vi publicâ & armatâ manu, vel sine eâ, Priori casu tria requisita sunt alleganda & probanda, quibus

quibus non probatis jurisd. Camerae locum non habet; quia qualitas requisita à factò principali separari nequit, adeò ut omisâ qualitate aliud factum censeatur, quàm quòd in libellò propositù, sicque inepta actio instituta; & propter non fundatam Camerae jurisd. reus in punctò citationis & mandati absolvendus sit *Conc. p. 2. Tit. 10. §. 14.* præcipuè quòd ante omnia jurisd. & qualitas eam fundans probari debeat. *Mind. de Process. c. 21. Deckherr. Relat. Votor. XV. n. 1. adde R. I. nov. §. alle Supplicanten 79.* Requiritur verò (I.) Vim esse illatam publicam *Landfr. 1548. præf. sub quâ omnes actiones, quarum finis ad arma & seditionem in Imperiò spectat, Gail. l. 1. de P. P. c. 1. n. 42.* comprehenduntur. (II.) Vim esse illatam armatâ manu *Landfr. 1548. d. l. Conc. d. l. §. 4.* Per manum autem intelligitur multitudo collecta hominum. Quot verò requirantur ad coadunationem illam, relinquatur arbitrio & discretioni judicis, *Conc. d. T. §. 5.* Nomine armorum venire puto omne id (uti in jure Civ. *vid. l. 9. ad L. Jul. de vi publ.*) quod nocere potest, si animò nocendi arripiatur. (III.) Vim esse illam ex propositò & dolò malò. *Landfr. 1548. præf. Landfr. 1495. §. 1. Conc. p. 2. T. 11. pr.* sed cùm dolus in mente delinquentis consistat, adeoque difficulter probari possit, uti loquitur textus in *Conc. p. 2. T. 10. §. 6.* placuit sufficere, si dolus ex circumstantiis actionis, ex perspicuis indiciis & evidentiâ ipsius facti, appareat, ut si adsit vis publica, coadunatio hominum, incendium, hostilis invasio territorii alieni &c. *d. §. 6. add. Gail. de P. P. l. 1. c. 7. n. 12.* Posteriori casu, si quis sine vi in Constit. Pac. Publ. deliquerit, & quidem vel committendò vel omittendò, ut si pacifragum mensâ tectòve recipiat, aut eum non persequatur, sufficit unicum requisitum, dolum puta, allegari & probari. *Conc. d. T. §. 4.* Positis itaque his requisitis datur actio super fr. pace, quæ competit (1.) omnibus Imperii tam mediatis quàm immediatis subditis, secularibus & ecclesiasticis, quòcunque modò contra hanc pacem læsis. *arg. Landfr. 1548. præf.* (2.) læsi heredibus, id quod tamen sollicitâ distinctione egere arbitramur. Læsò enim defunctò actio hæc aut est jam instituta, aut non; Illò casu, aut Processus continuatus est, ita, ut deventum sit ad litis contestationem, & hîc ex eâdem instantiâ

B

here-

heredes agere, causamque coeptam continuare possunt, non tamen, nisi ratione poenae pecun. nec non damnorum & expensarum *Gail. d. c. ult. n. 23. Myns. Cent. 4. O. 35. n. 2. Blum. d. T. n. 55.* hinc si deventum est ad publicationem attestationum, vel conclusionem causae, tunc heredes in instantiâ succedere posse minus dubii habet, *v. Gail. d. l. n. 25.* si autem modò dicti agere nolint, probatò crimine iudex reum ex officio in bannum condemnare, vel non probatò crimine absolvere potest. *all. loc.* Aut processus institutus continuari non potuit, ita, ut nondum ad litis contestationem sit deventum; & tunc instantia est sublata, novaque citatio ad accusationem de novò instituendam impetrari debet. *Blum. d. n. 55. add. n. 58.* Hòc casu, si actionem violatus & laesus non instituit, tunc iterum distinctè procedendum est. Vel enim non potuit, praeventus morte, aut aliò casu impeditus: sic neutrò modò heres novam accusationem etiam quoad bannum instituere prohibetur; *vid. l. 10. §. ult. ad SC. Turpill.* Vel noluit, & tunc heredes actionem intra annum instituere possunt: nam licet accusatio fr. pac. post 20. demum annos cesset, nec amplius admittatur, id tamen intelligendum, si ipse violatus actionem moverit, quoad alios igitur tantum est annalis *vid. l. fin. de pop. action. Blum. d. T. n. 59.* (Aliàs generaliter notamus, in criminibus publicis, quale est crimen fr. pac. publ. *Gail. 1. de P. P. c. ult. n. 28.* accusatore mortuò regulariter instantiam perire, accusationem tamen de novò institui posse, quippe quòd actio fr. pac. ex hâc Constit. sit popularis) (3.) cuius de populo *Gail. 1. de P. P. c. ult. num. 28.* (4.) Fiscali quoque Caesareo. *Landfr. 1548. art. 13. & 14. §. 5. Conc. p. 2. T. 10. §. 1. & 3. it. T. 11. §. 10. & T. 19. §. 1.* Datur verò contra violatorem (etiam consentientem *Landfr. 1548. art. 6. pr.*) & ejus heredes, nec tamen etiam indistinctè. Actio enim contra violatorem aut est instituta, aut non est: Si instituta, id quod (ex parte rei *vid. supra cit. Gerhardi Disc. de Summis J. R. G. judicis D. 1. c. 3. §. 2.*) factum dicitur post ritè insinuatam citationem *Gail. 1. Obs. 74. n. 17. Myns. 4. O. 26.* (non etiam attenditur, an lis sit contestata nec ne, sed litis pendentia tantum requiritur *per text. in Conc. P. 2. T. 10. §. 12. & 13.*) tunc vel ad restitutionem, vel ad poenam agi

agi coeptum est; illò casu vel ad restitutionem damni illati, ad quam heres tenetur, licet nil ad eum pervenerit, propter generalitatem textus in *Conc. d. l. adde Gail. l. 1. de P. P. c. ult. n. 22.* quòd si autem aliquid ad heredes pervenerit, multò magis ad restitutionem obligati erunt: *Gail. d. l.* nam quamvis crimina morte rei extinguantur, heredibus tamen turpia lucra extorquenda sunt *l. 5. de calumn. Conc. d. l.* Hòc casu vel ad pœnam sanguinis seu corporis afflictivam accusatio instituta, tuncque morte rei perempta est instantia: *Myns. 1. O. 98.* potest tamen nihilominus ad pœnam pecun. puta 2000. marcarum auri puri, it. ad damnorum expensarumque restitutionem contra heredes agi *Gail. d. c. n. 17.* vel ad pecuniariam, sic transit ad heredes *Conc. p. 2. T. 10. §. 12. & 13.* Actione non institutâ, quòd actor vel agere valens non egerit: & contra heredes procedi nequit, quia ut actio à morte violatoris in heredes ipsius detur, litispendentia præcisè requiritur in *Conc. p. 2. T. 10. §. 12. & 13.* vel agere volens non potuerit, & quidem vel propter mortem rei ante insinuationem impetratorum processum, & tunc cum adversus illum actio instituta dici nequeat, actio adversus heredes non dabitur; vel propter alium casum, quò ultra tempus, quòd alioquin necessariò ad processus impetrandos & insinuandos requiritur, impeditus est, & tunc actori impedimentum, si præsertim ex culpâ rei oriatur, non nocebit, quò minus ad pœnam pecun. agere possit. *Blum. d. T. n. 67.* Addi hic obiter potest, quòd Camerae quoque in suspectum inquirere liceat *Conc. p. 2. T. 11. §. 10. add. Landfr. 1548. art. 14.* De iudice verò in hâc causâ sciendum est, in actoris arbitriò situm esse, an pacifragum, vel etiam de pacifragiò suspectum *Conc. p. 2. T. 11. pr.* in Aulâ Cæsareâ, aut Cam. Imp. vel etiam coràm illius Ordinariò convenire velit *Landfr. 1548. art. 14. Conc. p. 2. T. 11. §. pen.* (præter quòd si ad bannum Imp. agatur Camera vel Aula Cæsarea necessariò adeunda, non verò Ordinarius, nisi ille sit Cæsar vel Camera *Gail. l. 2. de P. P. c. 1. n. 27. Rulant de Commiss. p. 1. L. 3. c. 11. n. 8.*) cui in bannum Imperiale reum declarandi potestas concessa. *Conc. p. 3. T. 57. §. 6. & c.* An verò cum consensu Electorum, vel citra eum, hanc quoque potestatem habeat, pro & contrâ deduxit *Uffenb. de Jud. Aulic. c. 24. sect. 3.* neque

pacifragus, five mediatus sit, five immediatus, si in Cam. conveniatur, exceptiones fori declinatorias opponere potest, quoniam causa non persona in pace publ. forum fundat *Illustr. Dn. Pras. in Anal. ad Swed. Part. Gen. c. 13. §. 13.* aded, ut nulla privilegia, nullaque prærogativa dignitatis aut excellentiæ illum à jurisd. Cam. eximant. *Landfr. 1548. art. 27. Gail. 1. de P. P. c. 11. n. 1. & 2.* Excipiuntur tamen Sereniss. Domûs Burgund. Regisque Hispan. in Belgiô Cathol. subditi, qui, licet vigore Transactionis Burg. anno 1548. inter Carolum V. Imper. & Status Imperii initæ non eximantur ab observantiâ Constitutionis de P. P. *vid. d. Transact. ap. Conringium de Finib. Imperii L. 2. c. 28.* nisi tamen sit causa collectarum & contributionis, exempti & à jurisd. Cæsaris atque S. R. I. five in primâ, five in secundâ instantiâ liberi sunt *d. Constit. §. 20.* Interim Dux Burg. pro suâ Personâ tanq. Vassallus Imperii R. non est exemptus, si delinquat in pacem publ. contra Statum Imperii. *Webner. Tom. VI. Symphor. supplic. c. 2. Conring. d. l.* Excipiuntur deinde clerici mediati, qui non nisi ordinarium suum hîc agnoscere tenentur judicem. *Landfr. 1548. art. 22.* Qui verò bona sub imperio possident, eorum iudex Imperator est, illosque his privandi facultate pollet *arg. l. 3. C. de Episc. & Cler. Gail. l. 1. de P. P. c. 11. n. 7.* Denique quemadmodum lite alibi e. g. coram ordinariô jam intentatâ. propter causæ continentiam, Cameram adire non licet, *Gail. d. c. num. 26.* ita nec à Camerâ ad ordinarium transire permissum est; *Myns. 1. O. 97.* modò reus litispendentiam allegaverit: *Gail. d. l. n. 27. & 28.* quæ tamen ab actore coram ordinariô facta non obstare debet Fiscali in Camerâ agere volenti. *Conc. p. 2. T. 10. §. 3. & 11.* Agitur verò ex hâc Constitutione (1.) ad pœnam fractæ pacis, & quidem (α) bannum imperiale, de cuius effectu *vid. Landfr. 1548. art. 3. & 25. Conc. p. 2. T. 10. §. 2. add. T. 11. §. 6.* De bannô autem in genere videndus est *Gail. l. 2. de P. P.* Data interim est Judicio Cam. potestas vel ex officiô, vel ad petitionem rei, conditionibus tamen causæ singularibus illud non dissuadentibus, constitutam pœnam fr. pac. in pecuniariam commutandi, aut locô illius pœnas jur. comm. statutas, absque tamen Fisci Cæsarei præjudiciô, substituendi. *Conc. p. 2. T. 10. §. 3.* Ad pœnam banni

banni cum aliis omnibus agere liceat, Clericis illud non indultum est, quia sanguinis effusionem, quin & vitæ necisque ad emtionem infert *Gail. l. 1. c. 8. de P. P. n. 6. Myns. 2. O. 51.* proinde ad restitutionem bonorum, resarciendaque damna tantum agendum ipsis erit; & quidem ita, ut in supplicatione pro processibus conceptis verbis illud testatum faciant. *Gail. d. l. n. 13.* Excipiuntur tamen Clerici, qui feuda ab Imperio habent, eique intuitu illorum immediatè subjecti sunt *Gail. d. l.* hi enim in Cam. ad bannum rectè agunt, rectèque ibidem quoad feudalia illa atque regalia conveniuntur, *Gail. l. 1. de P. P. c. 1. n. 12. &c.* nec non quoad pœnam 2000. marcarum auri puri, per *art. 2. des Landfr. 1548.* Mediatii clerici parti læsæ ad damna resarcienda secundum facultates suas tenentur. *d. Landfr. art. 22.* Ob sextis verecundiæ & pudoris ratione fœminæ, si in pacem publ. deliquerint, bannò Imp. non feriuntur, sed bonis omnibus, beneficiis, favoribus atque privilegiis juris communis & municipalis privantur. *Gail. de P. P. c. 1. n. 36.* (β) agitur ad pœnam 2000. marcarum auri puri, *Ordnung des Landfriedens 1521. art. 3. &c.* Hæ pœnæ fr. pac. publ. invicem cumulari non possunt; *Blum. d. T. S. 109.* bene autem cum aliis: de quâ pœnarum cumulatione. *v. Conc. p. 2. T. 10. §. 11.* (II.) Ad pœnas jur. communis, quæ variæ sunt, ratione diversorum delictorum, quæ in ipsò crimine fr. pac. concurrere possunt; ut homicidium, incendium &c. Notandum autem hîc est, quòd quamvis pœnæ jur. comm. cum pœnis fr. pac. cumulari posse dicantur, *in Conc. d. l.* id tamen intelligi debeat de pœnis jur. comm. pecuniariis: nam de pœnis corporali- bus præter bannum Camera non cognoscit. (III.) Ad restitutionem rerum à pacifragò ablatarum & damni illati, salvò tamen jure Fiscii *Conc. d. T.* Quam nam pœnam importent verba: *Keyserliche und des Reichs Ungnade. vid. Blum. d. T. n. 104.* Inter contraria referri poterit (1.) præscriptio. Post XX. enim annos non valere dictam actionem ait *Gail. l. 1. de P. P. c. ult. n. 30.* & præjudiciò confirmat *Myns. 4. O. 35 n. 3.* (2.) mors pacifragi: ubi tamen attendi debent, quæ supra circa eandem jam tum adducta sunt. (3.) transactio, *Gail. 2. de P. P. c. 18. n. 1. Myns. 1. O. 79.* (4.) absolutio banni, de quâ *vid. Conc. p. 2. T. 10. §. 14.*



Sed ne pagellæ hæc nimum excrescant, generalia vel etiam specialia circa Processum super hæc Constitutione observandum deducere hinc non licet; peti autem facile poterunt *ex Mindano, Rodingio, Blumio & aliis &c.*

III. Cùm circa initium superioris seculi Religionis puritatum varias in Imperiò nostrò dissensiones excitaret, indeque non nisi ingentes turbæ enaturæ viderentur, sæpius tractatum multumque laboratum est, quâ ratione illæ, utpote quæ mutux diffidentix ac aliorum malorum materiam subministrarent, tolli possent, quò omnibus ad unanimem consensum liceret redire; frustra verò tentatâ religionis compositione nullam commodiorem hos morbos civiles sanandi viam esse crediderunt, quàm Concilium. *R. I. 1524. §. 28.* Ad quod, cum consensu Pontificis Maximi, cogendum cùm Imperator à Statibus imploratus *R. I. 1532. art. Concilium* betreffend. §. 1. sui esse & muneris & propositi respondisset, seque Romæ, quò inaugurationis causâ tendebat, cum Pontifice coràm eâ de re acturum promisisset, impetrâsse illud dicebatur, quod tamen nescio propter quæ impedimenta felicem exitum sortitum non est. Excrevere hinc indies præmemoratae dissensiones; ad intercessionem postea Moguntini & Palatini inter modò dictum Gloriosiss. Imperat. & Protestantes pacificationis leges usque ad sæpius promissum concilium Suinfurti *anno 1532.* sunt initæ, & postmodum Norimbergæ promulgatæ, in diversis conventibus confirmatæ, communique Imperatoris Statuumque consensu renovatæ, prorogatæ iterumque repetitæ. Emanavit autem post aliquot annorum tumultus Augustæ Vindelicorum *anno 1548.* Declaratio Religionis, quam Interim vulgò nominant, in subsequenteribus tamen comitiis non minùs de conciliò indicendò quàm dissidiis religionis plenè sopiendis rursus actum est. Inita post hæc omnia tandem *anno 1552.* est transactio Passaviensis, per quam novæ induciæ factæ, quæ tamen paci conservandæ sufficere non videbantur, cùm diffidentia inter Status semper duraret, mutua benevolentia magistratum ac subditorum magis magisque exularet, ac innumeræ calamitates excitarentur; ad definiendas igitur dictas simultates & patriam communem à totali dissolutione & imminente interitu vindicandam Imperator & Sta-

Status Imperii certam ac perpetuò duraturam pacem de se invicem religionis intuitu nec affligendis nec turbandis iniverunt *R. I. 1555. §. 13. & 25.* quam in seqq. comitiis repetierunt, ulterius declararunt, quod denique Instrum. Pacis Osnabrug. (quò inter alia, cum in superioribus Religiosis Pacificationibus vid. inprimis *R. I. 1555. §. 17.* Catholicæ & Evangelicæ Religioni addictorum, cæteris omnibus exclusis mentio tantùm fieret, placuit, ut quicquid juris aut beneficii, cum omnes aliæ Constitutiones Imperii, tum pax Religionis & publica, hæc transactio, in eaque gravaminum decisio cæteris Catholicis & Augustanæ Confessionis addictis Statibus subditisque tribueret, etiam Reformatis competeret, *J. P. art. 7. pr.*) plenissimè confirmatum est. Atque hæc est *pax illa religiosa*, cujus fundamentum est Transactio Passaviensis; species verò Pax Religiosa strictè ita dicta, quæ continetur in *R. I. 1555. à §. 14. usque 33. & Instr. Pac. Osnabr. art. 5. §. 1.* Præcipua huj. pacis capita prolixâ serie enarrat *Blum. in P. C. T. 28.* Si quis itaque contra hanc pacem turbetur, quod unicum est hujus actionis requisitum, datur inde actio fr. pac. relig. An verò in supplicationibus super hæc Constit. necesse sit apponere formulam: turbationem esse relig. causa factam, disquirit *Gail. & dicit 1. O. 2. n. 1. & 3.* sufficere, si ex facti narratione, rerumque circumstantiis, vel verbis æquipollentibus ea qualitas colligi queat, atque judici clarè constet, supplicantem super hæc qualitate se fundare velle; ut puta si narretur, turbationem fieri in personâ supplicantis, vel ejus bonis; contra Constitutionem religionis & ejus dispositionem, quia ad fundandam jurisd. judicis sufficit allegare qualitatem tribuentem jurisd. Qui verò in libellò exponit, turbationem factam contra Constit. relig. & ejus dispositionem, allegat utique qualitatem fundantem jurisd. Camera, quæ est ipsa Constitutio, vigore *R. I. 1555. §. Wir befehlen 32.* Et eò ipsò censetur esse facta relig. intuitu, quando fit contra Constitutionis dispositionem. Datur verò actio fr. pac. contra *dictam Constitut.* turbatis, sive sint mediati, sive immediati, *arg. R. I. nov. §. 193.* etiam si Statuum subditi (*R. I. 1555. §. 5.*) sint, qui iniquè vel contra reversales, vel contra terminum criticum *anni 1624. die 1. Jan. in J. P. statutum in religionis*

gionis exercitiō turbantur. *R. I. noviss. §. 193.* Non verò datur, si turbatus prohibitis sectis adhærescat *J. P. art. 7. in fin.* nec datur, si turbatus & turbans ejusd. sint religionis. *Blum. T. 28. §. 71. Roding. l. 3. ff. Cam. T. 20. §. 18.* Tunc enim super Constit. fr. pac. publ. processus decernuntur. *Myler ab Ebrenbach de Statib. p. 2. c. 87. n. 3.* Datur contra omnes Imperii subditos dictō modō turbantes, pax enim ista omnes obligat. *J. P. art. ult. §. pro majori.* Tenentur autem hujus pacis violatores iisdem pœnis, quibus violatores pacis publ. *R. I. 1555. §. 15. & seqq. junct. J. P. art. ult. §. 4.* Quod ipsa causa jurisd. Cam. fundet, & illa adiri possit, sive turbans sit mediatas, sive non, patet ex *Conc. p. 2. T. 10. §. ult. add. Petr. Syring. in Diss. de Pace Relig. Posit. 54. Myler. ab Ebrenbach all. loc. n. 5.* De Processu super Constit. de Pac. Relig. vid. *Petrus Friderus Mindanus de Processibus. c. 33. Rod. l. 3. ff. Cam. T. 20. §. 17. &c.*

IV. Ad Camera Imperialem immediatè (ita ut cesset regula tradita in *l. fin. C. ubi in rem actio & l. 2. C. de jurisd.* actorem scil. forum rei sequi teneri, quod singulariter in fiscō receptum esse dicit *Gail. 1. Obs. 20. n. 2.*) spectant *cause fiscales*, quas Fiscalis Cæsareus (de cujus constitutione, conditione & qualitate, nec non officiō, tam extra quàm intra audientiam, vid. *Conc. p. 1. T. 27. pr. & T. 28. & 29.*) Imperialis fisci nomine in Camera vel ad patrimonium Imperatoris augendum persequitur, ita, ut tamen alii, quorum interest, easdem persequi non prohibeantur. Et quanquam aliàs differant Camera Cæsarea seu Imperatoris & Camera Imperii seu Imperialis *Gerhard. in Introitu ad Disc. de suprem. in J. judiciis. c. 1. §. 5.* dùm hæc propriè loquendō appellatur, quicquid ad commodum pecuniarium Imperii pertinet: *alle Einkommen / so dem Reich zugehõrem / als da sind Baugeld / Borrath / Reichs-Steuer / Türcken-Steuer / Cammer-Verichts Unterhaltung &c.* Camera autem Imperatoris est, quicquid ad patrimonium Imperatoris spectat, *alles / was dem Keyser allein heimfällt / als Römierzug &c.* atque omnes pœnæ, quæ à Procuratore fisci Cæsarei exiguntur. Procurator tamen utrique Camerae, tam Imperatoris quàm Imperii, præfectus est, quia is non solùm persequitur patrimonium Imperatoris,

toris, sed etiam agit de iis, quæ ad commodum Imperii pertinent, nempe de causis exemptionum, contributionum Imperii, collectarum Turcicarum, sustentationis Camerae *Blum. de P. C. T. 30. num. 5. & 6.* vocaturque *Keyserl. und des H. Reichs Cammer-Gerichts-Fiscal R. I. noviss. §. 93.* Oritur autem causa fiscalis ex variis casibus, qui in jure Cæsareo & Constitutionibus Imperii reperiuntur *Conc. p. 2. T. 21. pr. & §. fin.* magnam partem quoque in *d. T. 21. per tot.* videri possunt. Ne tamen indiscriminatim, causis suâ naturâ non fiscalibus, Fiscalis Cæsareus se immisceat, duorum, ex numero Adessorum sibi adjunctorum, quos Deputatos dicunt, arbitrio parebit, nec sine ipsorum adsensu fiscalem Processum ullatenus præsumet; *Conc. p. 1. T. 28. pr.* secus faciens ex proprio in expensas condemnatur. *d. l. §. 1.* Illud adjici potest, quod Fiscalis in Camera à juram. calumn. immunis sit. *Myns. 1. O. 74. Gail. 1. O. 90. Mev. 3. D. 191.* Cæterum quomodo actiones hæ ratione objecti differant *vid. Conc. p. 2. T. 21.* ratione verò Processus. *Gail. 1. O. 20.*

V. Imperator, qui *Privilegium* dedit, de eò judicare, & cognoscere potest: si scil. disputetur de substantiâ, validitate & interpretatione privilegii, vel quoties privilegium tangit jus Principis. *Gail. 1. O. 1. n. 13.* Si verò jus alterius concernat, tunc etiam cognitio judicis ordinarii est. *d. l. add. Rulant. p. 4. de Commiss. L. 2. c. 4. n. 78.* Quando igitur agitur *de violatione privilegii*, *jurisd. Cam.* fundata est, ita, ut quoad pœnam privilegio insertam ibi agi, & citatio decerni possit; nec attenditur in fundandâ *jurisd. Camerae*, utrum litigantes sint immediati, & privilegiatis Austregarum instantiis gaudentes, an verò mediati. *Schütz. Vol. 2. Ex. 8. tb. 1. Lit. C. & D. cum multis alleg.* Ut autem super violatione privilegii Cæsarei ad pœnas ei insertas in *Cam.* agi queat, requiritur conjunctim: (I.) Privilegiû esse legitimè concessum & quietè possessum, *Schütz. d. l. tb. 8. Lit. H.* nam privilegium allegans, id ipsum legitimasque ejus qualitates probare debet. *c. cum persone. 7. de privil. in 6.* (II.) Et Camerae & parti ritè insinuatam esse, aliàs nec prodest privilegiariis, nec ob ignorantiam justam violentibus nocet. *Gail. d. l. n. 8.* Et parti quidem ante violationem insinuatio ista, & insertæ pœnæ certioratio fieri debet, aliàs ipsi

C

nihil



nihil imputari potest, nec ad poenam tenetur. Privilegium enim est facti alieni *c. 1. de Constit. in 6.* adeoque probabiliter ignorari potest. *l. fin. ff. pro socio.* Debet autem insinuatio fieri coram iudice competente; *Gail. c. l. num. 12.* quanquam etiam in praesentia Notarii, & duorum testium fieri possit. *d. l. n. 13.* Insinuatione in Camera facta (circa quam notandum, quod mediatorum privilegia in Cam. non insinuantur, nec insinuationes recipiuntur, *testante Gail. d. l. n. 10. Rod. l. 1. ff. Cam. T. 16. in fin.*) ita observatur, ut si illi ante violationem statim à tempore impetrati privilegii insinuatio facta sit, uti creberrimè fieri testatur *Sixtin. de Regalib. l. 1. c. 8. n. 1.* nullà privilegiorum transumptione & insinuatione opus sit, sed processus statim decernantur; Sin autem ante violationem nondum facta sit, sufficit, si unà cum supplicatione originale exhibeatur, narreturque, parti antea esse insinuatum. Camera enim ideò insinuatio fit, ut de iurisd. fundatà constet, quod ipsum satis maturè fit, cum processus petuntur, quod secus est in parte, cui fit, ut privilegii notitiam habens non contraveniat. *Gail. d. Obs. n. 9.* Si tamen post violationem factam violatori sit insinuatum, & ille violationem rati habeat, videtur hoc casu esse in manifestò dolò, ita ut Processus adhuc impetrari queant. (III.) Violationem esse factam dolò & proposito, quem cum impetrans non probaverit, absolvitur reus. *Rod. cit. Tit.* Agere possunt privilegiati, qui contra tenorem privilegii vel verbò, vel factò, vel quòvis aliò modò turbati vel læsi sunt *Mager. de Advoc. arm. c. 17. n. 223.* Fiscalis verò Cæsareus ex officio pro jure & interesse Fisci de stylò Cam. intervenire solet, simulac læsus Processus extraxerit. *Mager. c. l. n. 224. & 230.* Si tamen iurisd. simul Imperii violata, pro interesse Imperii principaliter citationem ad vid. se incid. &c. impetrare potest, uti præjudiciò confirmat *Blum. T. 36. de P. C. n. 11.* Subjectum Passivum constituunt, qui contemtà Cæsareæ Majest. autoritate dolosè aliquid contra privilegium datum moliuntur, eidem quòvis modò contraveniendò; modò excipiuntur Ecclesiastici mediati. *v. Blum. d. T. n. 2.* Datur ad poenam privilegio insertam; quæ si in privilegio non fuerit determinata, Iudicis arbitrio relinquuntur. Si non expressum, cui applicari debeat poena: Fiscus Cæsareus

reus cum privilegiatō concurrat, neuter verò alteri offensam remittendō præjudicare potest. *Mager. d. c. 17. n. 359.*

VI. Ratione rei sub Imperiō immediatè sita, fundatam esse Cam. jurisd. patet ex *Conc. p. 2. T. 30.* & tunc Austregas quoque cessare dicit *Leipold. de Concurrentiâ jurisd. q. 6.* Hinc Clerici ratione ejusmodi bonorum in actionibus realibus & possessoriis ibid. conveniuntur. *Gail. 1. Obs. 37. n. 4. & 5. Myns. 1. Obs. 22. Schrader. p. 10. de Feud. sect. 1. n. 2.* Subsunt enim jurisdictioni feudali *c. 7. de forō competent.* si non ex subjectione; tamen ex obligatione contractus feudalis, seu conventionis. *Illustr. Dn. Lyncker in Anal. ad Dn. Struv. S. J. F. c. 1. th. 7. n. 9.* Per modum quoque præventionis in controversiis rerum feudalium, (scil. minorum & non regalium, *v. allegata Anal. F. c. 16. aph. 5. num. 5.*) inter personas immediatè Imperio subjectas processus in Camera decerni, cessante primæ instantiæ privilegiō. *Gail. testatur 1. O. 29. n. 7.* Exceptio tamen est in feudis majoribus seu regalibus *Conc. p. 2. T. 7.* si scil. de Ducatu, Principatu, Comitatu alterutri parti abjudicandō agatur, *de quò infra Cap. IV.* Super juribus verò particularibus, etiam regalibus, cognitione & judiciō Camera fungitur, tradente *Dn. Præside in Anal. ad Swed. part. special. S. 1. c. 9. §. 15. Schrader. supra all. l. Uffenb. de Judic. Imp. Aul. C. 10. S. 1. subs. 3. pag. 86.*

VII. Continentia causæ forum Cam. quoque fundare potest: idque fit (I.) ratione rerum diversis jurisdictionibus subjectarum. *Mind. de Caus. Contin. c. 3. Roding. ff. Cam. l. 1. T. 17. n. 5.* Hic tamen & sequenti numerō regulariter requiritur, ut Camera immediatè sit superior, *Mind. d. l. n. 4.* & jurisdictionem habeat super totâ lite. *d. c. n. 7.* Præjudicia habentur in *Blumii Supplic. Cameralibus Tit. 13. n. 3. 4. 5. & seqq.* Quòd si de successione in feuda distincta, & à diversis Dominis directis dependentia, quæstio sit, præteritis singulorum curiis feudalibus, per continentiam ad summa Imperii tribunalia non proceditur. *Schrader. de Feud. c. 10. sect. 1.* (II.) ratione reorum, qui diversorum territoriorum Dominis subjecti sunt, *Mind. d. l. c. 4.* & certis casibus ratione etiam actorum diversi fori. *Mind. d. c. 4. n. 23. Illustr. Dn. Præs. de grav. extraj. c. 5. sect. 1. §. 23. n. 2.* Id quod etiam obtinet (1.) in con-



fortibus, qui peculiare Austregas habentes de certò giudice inter se convenire nequeunt; modò ex narratis causæ continentia appareat. *Conc. p. 2. T. 9. pr.* (2.) si Austregis gaudentes cum subditis & ministris conveniendi sint, cessant Austregæ, & Cam. fundata est. *Conc. d. l. §. 1.* Plures hùc pertinentes casus vid. ap. *Mindan. cit. loc. & Blum. de P. C. T. 40.* (III.) ratione reconventionis. *Mind. c. 6. & 7,* ubi (1.) subjectum, (2.) judicem (3.) objectum (4.) quando & quomodo reconventio sit instituenda, tractat. Quòd si reus actorem in Cam. reconventurus reconventionem ante lit. cont. vel pòst in proximâ aut secundâ proponat, vigore *Ord. Cam.* simul in eâ proceditur, & alternatim cum conventionis causâ disceptatur: quòd si seriùs, ante tamen causæ conclusionem, proposuerit, causæ convent. & reconvent. dividuntur, & separatò processu unaquæque peragitur. *Conc. p. 3. T. 33.* Reconventio in feudalibus locum non habet, præterq. si causa reconventionis sit æquè feudalis, *Myns. 4. O. 90. Anton. Diss. Feud. 15. th. 3. Lit. D.* Quatenùs in Austregarum viis reconventio locum non inveniat, vid. *Conc. p. 2. T. 4. §. 19.* His verò capitibus novem adhuc superaddit *Mindanus*, ex quibus in genere causæ continentia detur, ut ita in universum XII. referat, nempe (IV.) ratione coepti litigii, *d. tr. c. 5.* exceptiones tradit *ibidem n. 57. & seqq. & c. 8. n. nlt.* (V.) ratione interventionis pro competenti interesse, *c. 8. & 9.* (VI.) ratione concursûs seu cumulationis actionum, *c. 10. & 11.* (VII.) ratione rei & obligationis individuae, *c. 12. 13. & 14.* (VIII.) ratione actionis individuae, *c. 15. 16. 17. & 18.* (IX.) ratione individuae societatis & concurrentiæ inhabilis & incapacis cum habili & capaci, *c. 19.* (X.) ratione pertinentiarum, *c. 20.* (XI.) ratione principalis & accessorii, *c. 21. & 22.* (XII.) ratione consequentiæ, *capite ultimo.*



CAPUT III.

De

PERSONARUM & CAUSARUM IN FUNDANDA CAMERÆ JURISD. CONCURRENTIA.

I.

PRæter eas verò causas, quas in præcedenti capite enarravimus, dantur & aliæ, in quibus una requiritur *ratione personarum Immedietas*. Quarum aliquæ referri possunt ad *Jus Actionis*; reliquæ ad *Officium & Potestatem Judicis*: atque hinc *Actuum* nomine à Scriptoribus Cameralibus designantur. Quoad priores, requiritur Immedietas Personarum vel *ratione Rei conventi tantum*, vel *ratione actoris & rei simul*; Causæ ubi rei tantum immedietas requiritur, sunt, quando *justitia patitur*, vel à *judice*, in *protr.* & *deneg. justitiâ*, & *extortâ urphedâ*; vel à *partibus potissimum*, ut *in causâ diffamat.* vel *in factô aliô*, ut à *præceptô incipi possit*.

II. Propter *denegatam vel protractam* à *Judice inferiore justitiam*, *jurisd. Cam.* fundari constat ex *Conc. p. 2. T. 28. pr.* Quomodo autem hæc inter se differant, facile perspicere licet. An verò *ratione devolutionis causæ ad Cam.* distinctio sit inter *denegatam vel protract. justit. Aff.* equidem *Gail. 1. O. 28. n. 7. Myns. 2. O. 24. & 3. O. 57. Roding. l. 3. ff. Cam. T. 20. §. 50. & 51. negat Blum. T. 37. P. C. num. 7.* nullam verò aut perquam exiguam statuit *Mind. de Mandat. c. 53. n. 27.* Si cui igitur dictô modô *justitia denegetur*, vel *protrahatur*, licet ipsi proximum *judicem pro juris auxiliô implorare*: cumque & ab hóc nil opis ipsi feratur, aut *causa aliàs immediatè ad Cam. spectet*, ibidem *causam suam poterit proponere. Conc. d. l.* Requiritur verò (I.) ut *justitiam denegans vel protrahens immediatè Cam. jurisd. subsit*, aut *causa aliàs eò pertineat, all. loc.* (II.) ut de *justitiâ protractâ vel denegatâ notoriè constet. d. pr.* Hócque casu ad nuda narrata *promotoriales decernuntur R. I. 1566. §. Nachdem denen. &c. Conc. p. T. 28. §. 1.* (Casus in quibus de-

C 3

cernan-



cernantur, vel non habet *Blum. T. 37. de P. C. num. 24. & seqq.*) & insinuantur per nuncium Camerae vel Notarium immatriculatum *d. T. n. 10.* quibus insinuatis, iudex intra terminum in iis praescriptum (qui pro qualitate & circumstantia loci cause definitur *Conc. d. T. §. ult.*) absque ulteriori requisitione iustitiam administrare tenetur (nam licet Promotorialibus poena pecun. non inferatur, attamen adjicitur comminatio, ut nisi iudex eisdem intra illud spatium obtemperet, quod tunc supplicanti ad ulteriorem implorationem, alia via subveniri debeat, ubi praecipua & magis usitata poena est, quod causa ad Cam. devoluta iudex, quoad hanc causam sua jurid. privetur) quod cum non fiat, ad actoris implorationem, licet ulterius documentum denegatae vel protractae iustitiae non afferat, exhibitio tamen documentorum super legitime insinuatis Promotorialibus *Rod. l. 1. ff. Cam. c. 15. §. 10.* in Camera iustitia est administranda *Conc. d. T. §. 2.* potestque impetrans pro citatione super deneg. vel protr. iustitiam adversus reum instare. *Blum. d. l. n. 33.* alias autem Processus non decernendi, nisi simul adsint documenta, & requisitionis, & deneg. iustit. *Conc. d. l.* Sed deficiente documentorum deneg. vel protr. iustit. an tunc jurare volens (juramentum perhorrescentiae vocare amant) se non sperare iustitiam a tali iudice sibi administratum iri, audiendus sit? *aff. Myns. 3. O. 58.* modo antea non pejerarit. *Negat. Gail. 1. O. 28. n. 8.* conciliare eos studet *Blum. d. T. n. 19.* Utrum autem in ipsa Promotorialium insinuatione aliqua requisitione opus sit? *Neg. Blum. d. P. C. d. l. n. 12.* Caeterum unica partium requisitio ad denominationem Austregarum sufficit: *Myns. 1. Obs. 91.* it. iudicis, quoad iustitiam notorie denegatam, una; trina vero quoad protractam desideratur; quae trina unico contextu, ut si fiat instanter, instantius, instantissime, peragi potest. *Gail. 1. O. 28. n. 6.* Quanquam olim lite jam coepta a deneg. seu protracta iustitia necessario appellari debuerit. *Gail. d. l. num. 2. Myns. 5. O. 82. n. 4. & 5.* Hodie tamen causa in eo statu, quo tempore protr. vel deneg. iustitiae est, ad Cam. devolvitur. *Conc. d. T. §. ult.* Rationes in utramque partem, vid. ap. *Rod. l. 1. ff. Cam. T. 15.* Sciendum est & hoc, quod loco Promotorialium nonnunquam impe-

impetrentur mandata de administ. just. modò supplicans de proctr. vel deneg. justitiâ probabiliter docere queat. Si officiò non fungatur iudex, agitur ad poenam iis insertam. *Rod. l. 3. ff. Cam. T. 13. prope fin. Gylmannus voce: Denegata justitia. §. Nota*, ait: In causis proctr. justit. hodiè non facilè Promotoriales, & deinde citationem; sed mandata S. C. ad procedendum in causâ & pronuntiandum definitivè, decerni; sicque hodiè ut plurimum observari testatur quoque *Blum. T. all. §. 35. add. Rod. l. 3. ff. Cam. Tit. 5. §. 5.* Coronidis loco hîc adjiciam, licèt aliàs privilegium de non appellandò non attendatur regulariter in querelâ nullitatis, *Rul. de Commiss. p. 4. L. 8. c. 13. n. 9.* Sereniss. tamen Ducum Saxon. privilegium de non appellandò, etiam ad querelam nullitatis extendatur: ut adeò dicta querela adversùs sententias Ipsorum in supremis Imperii Judiciis admitti non possit; nec locum inveniat supplicatio, vel remedium simile aliud, ceu ostensum est à Dn. Carpzov. in Diss. de Saxon. non provocandi Jure. Interim querela proctr. vel deneg. justit. per privilegium istud excludi unicè non potuit. *Illustr. Dn. Lyncker. in Anal. ad Swed. p. 2. S. 1. c. 11. §. 1.*

III. Frequentissimè contingit, subditos etiam innocentes à Dominis carceribus mancipari, nec aliter relaxari, nisi sub obligatione juratâ, & elogiò de non vindicandò carcere; (vulgò *geschworne Urphed.*) Competit igitur Camerae, quæ nullatenus pati potest, juramentum hòc modò vinculum iniquitatis evadere, vî *Ordin. Cam.* ut ejusmodi gravato (& liberato *arg. Conc. p. 2. T. 26. pr. conf. Gail. 1. O. 22. n. 2.*) simulque relaxationem à tali juram. ad effectum agendi petenti, subveniat, eumque ab iniquò vinculo liberet. Subit hæc relaxatio locum declarationis, quòd juramentum hoc ab initiò, ob legem prohibentem, nullum & invalidum extiterit. *Illustr. Dn. Præs. Anal. ad Dn. Struv. S. I. C. L. 12. T. 2. tb. 16.* Requirit verò dicta relaxatio antecedentè causæ cognitionem; hæc autem partis adversæ præsentiam. *l. 47. de re jud. Citari illa igitur debet Illustr. Dn. Lyncker. de gravam. extraj. C. 3. p. 2. S. 1. M. 1. §. 23. num. 5.* (limitationes tamen habet *Blum. T. 35. §. 15.*) ad quam citationem obtinendam requirunt: (I.) Ut reus, qui juram. exegit, immediatè Cam. sublit: nam si
media-

mediatus est, Status Imperii intra territorii fines relaxare juram. possunt *Myler. de Statib. p. 2. c. 44. n. 2.* vid. tamen quæ *Swed. in Introd. ad Jus Publ. p. 2. S. 1. c. 16. §. 15. pag. m. 504.* habet. (II.) ut causa sit merè civilis, *Conc. p. 2. T. 26. §. fin.* (III.) ut incarceratus in obligatione juratâ, se carcerem neque vindictarum, nec jure contra formam juramenti (cujus nudam copiam exhibuisse sufficere ait *Blum. d. T. n. 4.*) experturum juraverit. *Gail. d. l. n. 5. & 6.* Competit hoc remedium ex hâc Constit. illi, qui dictô modô gravatus est, contra juramentum recipientem. Ne tamen tam nocentes quàm innocentes ad id confugiant, statutum est, non protinus Judicem & Assessores Cam. juramenta iis, qui ea præstiterunt, ad effectum agendi relaxare, nec mandata aut citationes decernere debere; sed prius actoris petitem magistratui ejus competenti communicandum esse, (has literas informativas actor suis sumtibus expediendas & magistratui insinuandas curabit; nisi sit pauper, *Blum. d. l. n. 7.*) adjunctâ petitione, ut causarum, quare id sit factum, intra terminum pro qualitate causæ, ac loci distantia, ex arbitriô judicis definiendum plenam expositionem ac informationem (pro cujus communicatione actor effluxô ad respondendum terminô à die factæ insinuationis computandô supplicare potest: *Blum. d. l. n. 8.* quâ communicatione à judice denegatâ, citatio quoque denegata censetur. *Conc. d. T. 26. §. fin.* Si autem communicatas literas informatorias probabiliter refutare potest, decernitur citatio. *Gail. 1. O. 22. n. 4.*) facere velit, annexâ insuper comminatione, ut aliàs effluxô terminô ad ulteriorem implorationem actoris, ratione relaxationis id, quod juris est, decerni debeat, *Conc. d. T. pr. & Lit. A. Gerhard. de supr. in J. R. jud. Disc. 2. c. 2. §. 11.* uti quoque reô intra terminum nihil omninò respondente, in contumaciam ad implorationem actoris decernitur citatio *Swanem. 1. Proc. c. 17. n. 6. Blum. d. l. n. 10.* Effectus hujus relaxationis à parte jurantis est, quòd ejus persona ad agendum & jus suum persequendum sine perjurii metu progredi possit, *DD. comm.*; à parte verò rei, quòd victus expensas ferre teneatur.

IV. Ex Constitutione super *L. Diffam.* fundatur quoque jurisd.

jurisd. Cam. Quamvis autem aliàs, si fama alicujus aut honor vi-
 tiorum, ut & criminum imputatione lædatur, quin & sinistra vox
 de quòdam spargatur, remedium detur *L. Diff.* illudque de jure
 com. in omni genere causarum locum habeat. *Gail. 1. O. 9. n. 2.*
 Constitutio tamen hæc in pacifragii tantùm injuriis, & similibus
 causis obtinet. *Conc. p. 2. T. 27. pr.* Quam in rem præmittenda
 quædam sunt de ejus origine. Constat autem, antiquitùs ex
 hæc lege multas causas ad Cam. esse delatas, quæ postea, quam-
 vis ibid. pendentes, in fraudem & elusionem primarum instan-
 tiarum desereri solebant. Cùmque Status Imperii in Comitibus
de anno 1530. celebratis desuper valdè conquererentur, Caro-
 lus V. Deputatis tunc temporis Visitatoribus Cam. quoque com-
 mittebat, ut in hanc rem inquirerent. Illi itaque ordinârunt,
 Cameram imposterum Processus ex *L. Diffam.* non aliter, quàm
 ex fundamentò juris comm. & cum aliquâ causæ cognitione,
 utrùm reverà diffamatio adsit, decernere debere. *O. C. 1531.*
§. It. nachdem Sc. 35. Sed cùm & hæc Ordinatione privilegio
 primarum instantiarum non satis prospectum esset, sancitum
 tandem est, Legem *Diffam.* in Cam. duntaxat observandam &
 exercendam esse, in causis fr. pac. injuriarum, & aliis, nec nisi in-
 ter partes utrinque Cameræ immediatè subjectas, vel vigore
 Constitutionum Imperii eò pertinentes, *R. 1. 1532 art. Cammer
 Gericht betreff. 2. §. Nachdem auch. &c.* Postea tamen quoad
 partes mutatio contigit, ut ita hodie hujus Constit. requisita sint
 hæc tria: (I.) ut diffamatus Imperio immediatè subsit, aut vi-
 gore Constitutionum Imperii jurisd. Cameræ immediatè subji-
 ciatur; *Conc. p. 2. T. 27. pr.* scil. si causa objecta immediatè jurisd.
 Cam. fundet, ut v. c. pacifragium. Si enim ex neutrâ ratione diffamatus
 ad Cam. spectat, nil decernitur; sed actio tam diffamationis
 quàm principalis ad Judicem ordinarium remittitur. *d. T. 27.*
§. ult. Idem dicendum, si causæ cognitio planè non ad Cam. spe-
 ctet. *Blum. d. l. n. 10.* Quòd si diffamatus nullum alium judicem,
 quàm Cameram, in primâ instantiâ habeat, citationem super
L. Diff. non beneficiò hujus Constit. sed ex dispositione & Pra-
 cticâ juris comm. ritè decerni, & in Camerâ super utròque judi-
 cio tam diffam. quàm actionis procedi posse, *Gail. docet 1. O. 10.*
 D n. 9.



n. 9. In duobus igitur casibus super hâc Constit. in Camerâ Processus decernuntur. (I.) Si diffamatus immediatus sit, sed privilegiô Austregarum gaudeat. Hic diffamationis causa in Cam. tractatur, remissâ principali ad competentem judicem; nisi ipsa talis sit, ut Cam. de eâ cognoscere debeat. Id enim peculiare est, & in causâ finali, videl. conservatione pacis publ., fundamentum habet, quòd Camera hòc casu in solâ diffamationis causâ cognoscat: *Blum. d. l. n. 13. Gail. I. O. 9. n. 1.* ne scil. Status Imperii ob ejusmodi diffamationes, aliàs coram Austregis ventilandas, interim, propter Austregarum ambages, ad arma prosilirent, ac tranquillitatem Imperii turbarent. Recessum igitur hîc à regulis jnr. comm. *Gail. I. O. 10. n. 1.* (2.) Si diffamatus sit mediatu, sed causa ad Cameram per se spectet: tunc tam causa diffam. quàm principalis ibidem in Camerâ ventilabitur. Quòd autem, ut in Camerâ super hâc Constit. Processus decernantur, requiratur, diffamatum jurisdictionem Cam. aut ratione personæ, aut causæ, agnoscere debere in primâ instantiâ: ratio est, quòd diffamatus in causâ principali reus sit, diffamans verò actoris vices subeat: quia diffamare est tacitè ad judicem provocare. *Gail. I. O. 9. n. 7. Myns. 6. Obs. 90.* Actor igitur forum rei sequitur, cum punctus diffamationis tantùm sit præparativus causæ principalis, quare in diversò forò non tractandus. Vide tamen, quæ supra in casu primò dicta sunt. (II.) Ut qualitas diffamationis rectè observe- tur, quippe quòd hæc Constitutio saltem in causis fr. pac. injuria- rum & similibus, in quibus ejusmodi diffamatio versutè, dolò malò, aliòve modò in diffamati præjudicium & gravamen fieri potest, obtineat. *Conc. p. 2. T. 27. pr. Gail. Rod. Blum.* Per verba autem dicti loci, in *Conc. und andern dergleichen Sachen &c.* in- telliguntur facta, quæ pacem publ. turbare possunt. Finis enim hu- jus Constitutionis ubiq; est, ut facta rectave sit pax in Imperiò. *Gail. I. O. 10. n. 5. & 6.* (III.) ut diffamatio scriptò aut aliis probationi- bus aliquò modò ante citationem; post citationem verò omni- nò, probetur. *R. l. noviss. §. 83.* Competit autem dictum reme- dium diffamato immediatè Imperio subjecto, primas instantias habenti, ut & diffamato mediatè subjecto; si nempe diffamatio- nis causa immediatè ad Cam. spectet. Et datur adversus quem- cunque

cunque diffamatorem, etiam mediatè Imperio subjectum, *Gail. 1. O. 10. n. 1.* qui probatâ diffamatione eò adigi potest, ut in præfixo termino coram iudice diffamati tanquam actor compareat, & causas traductionis, atque imputationis, sub poena perpetui silentii, deducat. *Gail. 1. O. 9. n. 2. & 3.* De Processu dict. Constit. vid. *Gail. 1. O. 12. Blum. d. T. n. 18. & seqq. Rod. l. 3. ff. Cam. l. 48.*

V. Aggredimur nunc *Mandata*, quæ in Cam. omnium sunt frequentissima; de quibus hæc vice paucula saltem delibare liceat. In genere autem *Mandata*, quæ à Camerâ emanant, vel sunt *cum* vel *sine clausulâ*; quæ communiter dicitur *justificatoria*. vid. *Mind. de Mandat. c. 6. num. 5. & 6.* De illis prius. Quæ licet aliquid fieri sub poenâ præcipiant; parti tamen, contra quam exeunt, potestatem concedunt, trationes & causas, cur parere necesse non habeat, in iudicio, præfixo ad id termino, proponendi. *Mind. d. l. n. 1.* Non aliter verò in Camerâ decernuntur, nisi & causa, & pars contra quam petuntur, ad Cam. spectet. *Conc. p. 2. T. 25. pr.* Aliquando tamen causam ad eam spectare sufficit, ut in causa fr. pac. *Blum. T. 34. P. C. n. 34.* Et quanquam propter clausulam adjectam non adeò magnum gravamen inferre dici possent; non tamen temerè decernenda, si causa altiore indaginem requirat: *Blum. d. l. n. 38.* qui ibid. *n. 39. & seqq.* subjicit casus aliquot, in quibus decerni solent; formulam verò vid. *ibid. n. 17.* & Processum *n. 54.* tradit, add. *Rod. l. 3. ff. Cam. Tit. 40.* An per comparitionem in processum citationis resolvantur, variè disquiritur vid. *Gail. 1. O. 19. n. 5. & seqq. Mind. de mandat. c. 7. n. 2. & c. Blum. d. T. n. 63.* Quod atinet *mandata S. C.* illa annexam clausulam justificatoriam non bent, nec regulariter valent: *Conc. p. 2. T. 25. pr.* cum executionem importent, eamque intentent; à quâ non est incipiendum. *Gail. 1. O. 13. n. 1. Mind. de mand. c. 11. n. 1.* Unde si is, cui absque clausulâ mandatum est, non pareat mandato, in poenam præcepti incidisse non dicitur: quia cum hujusmodi præcepta ipsò jure nulla sint, impunè illa contemnere & spernere potest; *Gail. d. l. n. 2.* id quod tamen non procedit in quibusd. casibus notatis in Ord. Cam. propter singularem manifesti juris rationem. Quando enim præceptum iudicis concordat cum jure comm. & in eò planè



fundatum est, valet absque ullâ causæ cognitione. *Mind. c. 10. de Mandat. n. 2.* Sunt casus illi expressi in *Conc. p. 2. T. 25. pr.* & dicuntur die vier Fälle / ut: si factum, super quò petuntur mandata, sit ipso jure prohibitum, aut parti damnum seu gravamen irreparabile inferat, aut in perniciem Reip. tendat, aut causa moram ferre nequeat. Præter enarratos dantur quidem plures, vid. *d. pr. ibi: und andern Fällen* / impossibile tamen est illos omnes enarrare. Sancitum igitur, ut non aliter decernerentur, quàm si narrata generalibus Constitutionibus desuper promulgatis, juriq; comm. omninò convenirent, *Conc. d. T. §. 2.* atque insuper aliquò modò probarentur. *R. I. noviss. §. 79.* Interim *Blum. in alleg. Tit. 34.* eorum attulit 48. Requiritur ad hæc mandata S. C. decernenda, ut aut reus immediatè Cam. jurisd. subiectus sit, aut causa ad eam pertineat. *Gail. 1. O. 1. n. 5. & O. 13. n. ult.* Formulam vid. ap. *Blum. d. T. n. 14.* cum annexâ citatione solitâ, ad docendum de partitione, aut videndum, se declarari &c. pro quâ, simul cum mandatò, decernendâ, semper supplicandum, aliàs petitum denegatur: *Conc. d. T. §. pen.* quoniam illa mandata non continent condemnationem. Quamobrem opus est citatione ad videndum fieri condemnationem; vel allegandæ sunt causæ, cur hoc fieri non possit. *Gail. 1. O. 15. n. 1. & 2. Blum. d. T. n. 24.* qui tamen *n. 27.* limitationem addit, quòd scil. in quibusdam mandatis S. C. citatio ad docendum vel videndum non annectatur. Videntur verò hæc mandata S. C. æquè ac mandata C. C. quandam continere clausulam; uti apparet ex antea allegatâ formulâ *Blumii d. T. n. 15. ibi: oder aber beständig* &c. Sed ut *Mind. c. 10. de mandat. n. 5.* ait, non est hæc citatio de allegandis causis, quare non tenearis parere; sed de docendò, obtemperatum mandato esse, & te paruisse: vel si minùs, de videndò audiendòque in poenas contempti mandati te incidisse, & declarari. Ex hæc citationum mandati utriusque generis insertarum differentiâ, etiam clausularum discrimen fit manifestum: ibi clausula est de causis contra ipsum præceptum allegandis, si quas habes: hîc in mandatis puris, utpote super singulari juris ratione jam fundatis, apponitur clausula, non contra ipsum mandatum, sed contra declarationem poenæ, in casu non præ-

sticæ

stite partitionis faciendam, excipiendi & allegandi: idque propter presentem, quam mandata isthæc intentant executionem: quæ etsi iustis exceptionibus vel elidi vel retardari potest: tamen hæc, propter fundatam narratorum supplicationis manifestò super jure rationem, non præsumuntur, donec opponantur, nec creduntur, donec probentur. *Hucusque ille.* An & quomodo except. sub & obreptionis hîc admittatur, vid. *Gail. l. O. 14.* item maleficii, banni & similes. vid. *Conc. p. 3. T. 42. §. 1.* add. *Blum. sæpius alleg. Tit. 34. num. 196. & seqq.* De Processu mandatorum S. C. qui in *Conc. d. T. 42. §. 1.* summaris & privilegiatus dicitur, vid. *Rod. l. 3. ff. Cam. Tit. 41. Blum. d. T. n. 171.* de aliis huc facientibus *Mindan. de mandat.*

VI. *Aëtoris & rei immedietas* requiritur in causâ possessionis turbata vel simpliciter, vel cum pignoratione, & in causâ arresti. Ex litigiò itaque inter aliquos de possessione rei vel juris alicujus exortò, quando nimirum duo pluresve unam eandemq; rem seu jus ex iustis causis se possidere, vel potiori jure possessionem adipiscendi gaudere, contendunt; ut ita dubium sit, cui possessio magis competat, & simul inde metui possit armorum, aut seditionis in Imperiò periculum, jurisdictio quoque Camerae hîc fundatur. Promulgata verò primum est hæc Constitutio super litig. possess. Pacis publicæ servandæ causâ, à Maxim. I. Imp. in *R. I. de anno 1512. §. 57.* und nachdem &c. posteaque Carolus V. eandem iterum promulgavit, deinceps revidit & ampliavit, & ampliata tamen sequenti tempore per Consultum Collegii Cam. quodammodo immutata fuit. *Blum. T. 31. de P. C. n. 2. & 3.* Non autem super omnibus possessionis litigiosæ factis jurisd. Cam. immediatè fundata est, sed requiritur secundum hanc Constit. quæ habetur in *Conc. p. 2. T. 22.* ut (I.) uterque litigantium immediatè Imperio sit subjectus. *Conc. d. l. pr.* vide tamen *Blum. d. T. 19.* Hunc quoque casum Constitutio addit: Si inter duorum pluriumve immediatorum subditos, bonorum aut jurium possessio sit litigiosa, atque insuper sub cujusnam jurisd. isthæc jura bonave sita sint, lis sublit, quòd tunc Camera etiam iudex esse debeat: *Conc. d. l. §. 1. Blum. all. loc. n. 4. Mind. de Process. c. 43. n. 10.* ex quâ ratione autem hòc casu jurisd. Cam. fundetur, vid.

all. autores; adde Roding. l. 1. ff. Cam. T. 10. §. 6. in not. (II.) ut possessio sit litigiosa dubiave. Conc. d. l. §. pen. Ut scil. uterque litigantium ex justis causis se magis possidere contendat; Conc. d. l. pr. nam si alter possidet, Constitutioni locus non est. Inhibitionem quoque vel sequestrationem hōc casu fieri negat Gail. 1. Obs. 5. num. 5. & 6. quam tamen summā urgente necessitate fieri posse, largitur Mindan. de Process. c. 44. num. 6. & 7. (III.) Ut vel (1.) periculum ex rixis jurgiisque quotidianis metuendum sit Conc. d. l. pr. vers. und daraus zubesorgen &c. hocque casu ordinarium in Camerā discuti debere, notat ex Consult. de anno 1576. dub. 26. Denais. Tit. 221. §. 5. & 6. Blum. d. T. n. 8. 11. & seqq. jung. Roding. l. 1. ff. Cam. T. 10. §. 10. quō discussō petitorium tantū ad judicem competentem remittitur. arg. d. T. §. 1. (2.) vel præsens sit discrimen, partesque in procinctu existant, Conc. d. T. §. pen. vers. und die Partheyen &c. Excussō summarîō in Camerā, tam possessorium ordinarium, quàm petitorium, ad judicem primæ instantiæ remittitur; arg. d. §. 2. Concepti, Gail. 1. Obs. 6. n. 7. Blum. c. l. n. 7. 8. & 9. nil unquam derogatō Austregis, quas partes desuper habent. Conc. d. T. §. 3. (IV.) Ut judici Camerae aliquō modō & summarîe constet de metu armorum, aut præsenti periculō, & procinctu partium, ex missivis & relationibus in hāc causā transmissis, vel ex instrumentis desuper confectis, vel denique ex propriā scientiā. d. T. 22. §. fin. De subjectō tam activō, quàm passivō, & objectō vid. Blum. d. T. 31. de P. C. n. 25. Mindan. de Process. l. 1. c. 44. n. 12. & seqq. Observatis suprā memoratis requisitis, ad implorationem partium, citatio decernitur, & si præsens amorum adfit periculum, Camera alterutrā parte postulante, vel etiam ex officiō, possessionem sequestrandī, aut propter quasi possessionem locō sequestrationis utrique inhibendi, ut eā abstineant, potestatem habet; donec summarîe cognoscatur, utrinam possessio adjudicanda vel inhibenda sit. Conc. d. T. 22. §. pen. Gail. 1. O. 5. n. 2. Extra casum præsentis metūs armorum, illam sequestrationem, locum habere negat. Blum. d. T. Denique cum possessio sit vel plenaria, vel momentanea, modus procedendi quoque super litig. possess. est vel ordinarius, vel summarius; ille in possessione plenaria

nariâ obtinet, servaturque in illô juris ordo, libellandô, litem
 contestandô, respondendô, & in cæteris per omnia proceditur,
 ut in aliis causis citationum, *Swanem. Obs. 57. n. 4. Blum. d. T.*
n. 28. De summarîo Processu, & quales articuli in eô admittan-
 tur, quòd nec acta communicentur, nec attestaciones publicen-
 tur, quòdque sententia tantum sit interlocutoria, *vid. Gail. 1.*
Obs. 6. Blum. d. T. n. 29. & seqq. vide quoque de differentiâ ju-
 dicii possessorii plenarii & momentanei. *Mind. de Process. c. 45.*
n. 4. & c.

VII. Ex causâ pignorationis Camerae forum fundari quoque con-
 stat. Constitutio autem super pignorationibus (quæ in mutuis pi-
 gnorationibus s. repignorationibus non minus locum habet *Gail.*
in tr. de pignor. O. 12. Mind. de Process. c. 36. n. 4. & 5.) æquè ac
 præcedens super litig. possesi. Pacis publicæ conservandæ gratiâ,
 in Imperiô lata est. Nam cum inter Status Imperii, aliaque ejus
 membra immediata, ob turbatam jurisd. vel possessionem alicu-
 jus juris, gravissimæ contentiones exorirentur; ita, ut horum ju-
 rium & privilegiorum tuendorum gratiâ sæpe ad arma venire-
 tur, & Pax publ. coactis hominibus, non sine maximô inno-
 centium subditorum & vicinorum malô atque dispendiô, pes-
 simô exemplô, perturbaretur: cæteris Constitutionibus ratione
 Pacis publ. conservandæ promulgatis & hæc adjecta est. *Gail. d.*
tr. O. 1. Ut autem Processus obtineri queant, requiritur: (I.)
 Ut tam pignoratus, quàm pignorans immediatè Imperio subsint:
Conc. p. 2. T. 3. pr. quæ qualitas cum disertè requiratur in Con-
 stitutione, in supplicatione non est omittenda. *Mind. de Process.*
c. 34. n. 3. Roding. l. 1. ff. Cam. T. 10. §. 6. Blum. de P. C. T. 32. n. 4.
 & ratione bonorum, vel statûs duntaxat talem esse, sufficit. *Blum.*
d. l. n. 5. An verò personæ cæterâ immediatæ bona mediata sive
 sint domiciliî, sive de quibus lis movetur, obstant, quò minus ex
 hac Constitutione agi possit, Deputatis Imperii propositum,
 nondum autem decisum esse ajunt, *Rod. d. l. n. 8. & 9. Blum. d. T.*
n. 7. vid. Illustr. Dn. Pres. de gravam. extraj. c. 9. p. 2. §. 58. &
seqq. Ex Pignoratione ab officiali factâ, Dominus quoque tene-
 tur. *Conc. d. l. pr.* modò Domini intuitu *Gail. d. tr. Obs. 5. n. 3.*
 mandatô, consensu vel ratihabitione, facta sit; quod aliquò modò
 pro-



probandum. vid. *Blumii Supplic. Cam. T. 6. n. 11. & 12.* Quomodo autem consensus vel rati habitio Domini probetur, addiscendum ex *Conc. p. 2. T. 23. §. ult.* (II.) Ut pignorus sit in possessione, vel quasi ejus loci, vel juris, in quod, & cujus respectu, pignoratio facta *Gail. d. tr. O. 3. n. 6. Mind. d. c. 35.* sive in solidum, sive pro certâ parte, sive pro indivisô *dd. ll.* hocque requisitum à supplicante quadantenus probandum. vid. *Blum. Supplic. T. 6. n. 6. & 10. Roding. d. T. n. 11.* (III.) Ut pignorator in illô locô, ubi pignoratio facta, per pignorationem jus aliquod novum sibi acquirere, & usurpare velit. *Gail. d. O. 3. n. 7. Mind. d. c. 35.* Hoc novum jus in specie exprimendum in supplicatione, *Conc. p. 2. T. 23. pr.* (IV.) Ut persona vel res capta seu pignorata non sit litigiosa, sed tertia & innocens. *Conc. d. T. 23. §. 3.* (Quando res ablata, quam ex bonis esse sufficit, *Gail. d. tr. O. 4. n. 4.* pro tertiâ sit habenda vel non. vid. *Conc. d. T. §. 3. 5. 6. & seqq. Rod. d. l. §. 35.*) (V.) Ut pignoratio sit facta ex causâ civili, non criminali, *Conc. d. l. Blum. d. T. 32. n. 43.* Positis his requisitis datur actio super hâc Constitutione, quæ locum habet in possess, retinend., & quidem plenariô *Gail. d. O. 3.* & convenit, quoad subjectum Activum (quis pignorare dicatur *Gail. d. tr. O. 9. & O. 1. n. 3.*) passivum & objectum cum interdictiô uti possidetis. In specie verò notandum, quomodo detur (1.) omni immediatè Imperio subjecto, non solum si ipse, sed etiam, si ejus subditus pignoretur, capiaturque, per *Conc. d. T. 23.* scil. si intuitu Domini factum, aut aliàs Domini interesse in hâc pignoratione vel capturâ versetur. (2.) Vasallo. (3.) Domino feudi. (4.) Usufructuario & proprietario. (5.) Civitati Imperiali, ratione capti civis, pro suô propriô interesse agenti. (6.) Collegiis vel Capitulis majoribus, feuda ab Imperiô tenentibus. (7.) Capitulo sede vacante. (8.) Collegiis Canonorum liberis. (9.) Communè jurisdictionem tenentibus, vid. de his *Gail. d. tr. O. 6. & 7. Mind. l. 1. c. 34. Rod. l. 1. ff. Cam. T. 10. §. 20. Blum. d. T. 32. n. 46. & seqq.* An verò detur Domino hominum priorum, in territoriô illius, ubi domicilium habent, pignorum? non constat inter DD. Dari Domino, cujus emphyteuta, agricola, censitus aut colonus, à Dominô territorii, ratione prædiorum



diorum censualium in istò territoriò sitorum, pignoratur, vel captis pignoribus ad solutionem collectarum, seu aliud quippiam præstandum, compellitur, negat *Gail. d. tr. O. 15. n. 11. & c.* Ex hâc Constitutione contra Domum Burgund. Processus non discernuntur, ex speciali transactione Ducis Burg. cum Rom. Imp. quæ hodiernum in viridi observantiâ. *Tilman. de Benign. Webner. Conring. L. 2. C. 28. de Finib. Imp. Capitulum, ubi forum sortitur? in causis pignorationum, vid. Gail. de Pign. O. 7. add. Illustr. Dn. Pres. tract. de grav. extraj. c. 5. Sect. 1. §. 11.* Remedia huj. Constit. sunt duo, quæ in unò Processu semper conjungenda, nempe (1.) mandata S. C. sub certâ pœnâ, (α) ad restituenda pignora in continenti, absque ullâ exceptione ac detrimentò, ohne Entgeld; vel si isthæc culpâ negligentivæ pignuratoris deteriora facta, ac planè perdita sint, ad justum pretium; vel etiam si ad avertenda ejusmodi damna, per pignorum pretiò redempta sint: ad restituendam pecuniam locò pignoris redempti acceptam. *Conc. p. 2. T. 23. pr. Gail. de Pign. O. 11. & 18. Blum. d. T. n. 59. add. n. 89. & 90. & T. 34. n. 75.* (β) ad relaxandos captivos sub veteri consuetâ urphedâ; non aliter tamen, quàm se rursus sistendo, si ita judicatum fuerit, *Conc. d. pr.* quâ tamen non opus in relaxandò captivò, super 4. Casibus. Utrique mandato annexitur citatio, quâ reus intra certum tempus in Cam. jubetur comparere, ad docendum de partitione, vel videndum se declarari in pœnam mandato insertam, aut allegandum causas, quare talis declaratio fieri non debeat. *O. C. p. 2. T. 22. pr. in fin. Gail. de Pign. O. 13. n. 2.* Si partitione mandato jam factâ, res restituta, aut captivus relaxatus, non ex novò factò, sed ad elusionem mandati, de novò detineatur: novò mandatò opus non est, sed si paritio, non obstantibus exceptionibus, semel injuncta, non autem constanter servata fuerit, super priori mandatò ad declarationem pœnæ procedi potest. *Conc. p. 2. T. 23. §. 20.* Quòd si autem plures ab unò eòdemque, in eòdem locò, ejusd. juris gratiâ, diversis tamen vicibus, & temporibus pignorationes fiant, pluribus opus erit mandatis; *Gail. d. tr. O. 19.* sed punctus citationis in repetitâ pignoratione, ad punctum citationis in primâ pignoratione remittitur, *Conc. p. 3. T. 42. §. 16. Gail.*

E

d. O.



d. O. 19. (2.) Citatio ad deducendum jus pignorandi, *Conc. d. pr.* Processum super hâc Constitutione quod attinet, bipartitus ille est, *Gail. d. tract. O. I. n. 10.* (1.) mandati, in quô proceditur, ut in aliis mandatis *S. C. Blum. d. T. n. 68.* & (2.) citationis, qui est summarius: plenarium tamen possessorium in eô tractatur. *Blum. d. T. n. 93.* Pignorator in punctô mandati est reus, ast in punctô citationis actoris vices sustinere videtur. Processus quoque pignorationis processui *L. Diffam.* in multis dissimilis non est, adeoque velit, nolit, contra juris regulas, quod nemo invitus agere teneatur, causas pignorationis, metu comminationis perpetui silentii, vel præclusionis viæ, intra definitum tempus deducere, & probare debet *Gail. d. tr. O. 21. n. 3. & 4.* In punctô tam mandati, quàm citationis, celeriter procedendum, *Conc. p. 2. T. 23. §. 1.* & pari passu, eô tamen modô, ne unus alterius decisionem impediât, sed causâ in punctô mandati satis instructâ, non expectatâ submissione in punctô citationis, per sententiam decidenda *R. I. 1654. §. 139.* & exceptionibus in punctô mandati rejectis, si paritio injungatur, pignoratus in punctô citationis, ante realem paritionem, ulterius procedere non tenetur. *d. §. 139. Blum. d. T. n. 95.*

VIII. Competens iudex est etiam Camera, in causis *Arrestorum.* *Conc. p. 2. T. 24. pr.* Cùm enim arresta, ut & repressalia, generaliter in jure prohibeantur; præsertim, ubi ad cautionem iudicio sisti, & iudicatum solvi, relaxari nolint: quod adeo molestum quàm ipsæ pignorationes. *Conc. d. pr.* Ideo, quæ ab immediatis invicem committuntur, *Divi Maxim. II. Imp. in Comitibus Spirens. anno 1570.* editâ Constitutione, omnino prohibita sunt. Eâ enim primùm sancitum est, ut singulari jure immediatè & principaliter ad iurisd. Cam. pertinerent, remotô privilegiô primarum instantiarum; idque ob publ. tranquillitatem in Imperiô, & mutuam animorum conjunctionem inter ipsos conservandam. *Gail. tr. de arrest. c. 1. n. 13. add. c. 3. pr. ibid.* Sed illa ad illicita duntaxat arresti facta, quæ sunt propriâ autoritate, sine causæ cognitione, & quæ vera, inque jure prohibita arresta sunt, pertinet; nec ad arresta, quæ ratione contractus conventionis, pacti, transactionis, debiti confessati, rei iudicatæ, consuetudi-

tudinis, privilegii, & legitimè acquisiti & consueti vectigalis fiunt, est extendenda: nec ad simplices turbationes, pignorationes, compensationes, occupationes, invasiones & similes causas, quæ cum dictis arrestis confundi non debent, cum super illis peculiare Constitutiones Imperii, aut dispositiones jur. comm. extent, trahenda. *Conc. d. T. §. 1.* Sic nec arresta, quæ emigrantibus subditis, ob non soluta jura emigrationis, imponuntur, sub d. Constit. comprehenduntur, *Conc. d. l. §. 2.* Parili modò, nec ad dictam hanc Constit. referuntur arresta, quæ à judice vel magistratu, à tertiâ quâdam personâ, tanquam parte, pro interesse suo, ratione officii imploratò, fiunt. *d. l. §. 3.* Rectè autem *Blumium de P. C. Tit. 33. §. 11.* adjicere puto: illud de casu hòc intelligendum esse, quò arrestatus jurisdictioni magistratùs judicisve arrestantis aliquâ ratione, vel contractùs, vel domicilii, vel rei arrestatæ, vel alterius causâ subest. Nam si quis per alienum territorium nudè transiens ad partis adversæ instantiam à magistratu loci arrestetur, positis cæteris requisitis mandata super hâc Constitutione decernuntur. *Conc. p. 2. T. 24 §. 5. adde Roding. l. 1. ff. Cam. T. 11. §. 30.* Non verò decernuntur mandata de relax. arrest. si magistratus loci quietis causâ, facinorosos ex officio comprehendat, aut subditos contumaces carceri includat. *Conc. d. l. §. 4.* Ad obtinendos itaque super hâc Constit. Processus, requiritur: (I.) ut tam arrestator, quàm arrestans, immediatè subint Imperio: *d. pr. Conc. Gail. c. 3. n. 1. Mind. de Process. c. 34.* quod tamen in parte arrestatâ *Blum.* iterum limitat, si gaudeat privilegio de non arrestandò, vid. *Ejusd. Supplic. Cam. T. 7. num. 8,* subdito verò quandoque, contra suum Dominum, mandata super hâc Constit. concessa, ex *Supplic. d. T. n. 16.* & mediato, ob causam in Cam. pendentem, arrestum impositum, mandato relaxatum, ex *d. T. 7. n. 1. & 5.* videre licet. Pars verò arrestans intelligitur esse, non tam arrestum impetrans & procurans, quàm magistratus arrestum imponens; & sufficit, hunc esse immediatum. *Blum. d. T. n. 17.* Cæterùm dicta ad primum requisitum, §. *preced. de Pignor.* hîc quoque locum habent: nam quâ ratione quis immediatus dicatur, vid. *Rod. l. 1. ff. Cam. T. 11. §. 33.* De officiali vid. *Conc. d. pr. ibi: Durch sich selbst oder die seine &c.*

(II.) ut arrestatori idonea cautio de judiciò sisti, & judicatum solvi offeratur, *d. pr.* quò arrestator de jure suò securus, viâ ordinariâ agere possit, & arrestatus in causâ principali conventus, tergiversari nequeat. *Gail. c. 4. n. 9.* Neque dignitatis præminetia à cantione quenq. liberat; *d. c. n. 15.* licèt nulla adhuc præstita sit arrestatori cautio, *Gail. d. c. n. 11.* nec documentum oblatæ cautionis producat. Sufficit n. in supplicatione narrari, cautionem antehâc esse oblatam, & adhuc offerri *Conc. d. T. §. pen.* Postquam verò mandatum de relax. arrestò decretum est, præstari debet; aliàs frustra ad paritionem mandati agitur. *Gail. d. l. n. 12. 13. & 14.* Si dubitatur, utrùm pro gravitate causæ, oblata cautio sit idonea, tam decretis, quàm mandatis specialis clausula inferi debet: *Doeh auf vorgehende gnugsame caution &c. Conc. d. l.* Idonea verò cautio existimatur, quæ fit fidejussoribus aut pignoribus. *Gail. c. 3. n. 5.* An juratoria locum habeat? Vid. *Gail. d. c. n. 10.* An sub hypothecâ omnium bonorum? judicis arbitrio relinquatur. *Conc. p. 3. T. 42. §. 14.* Curandum tamen judici, ne cautiones in duriores causam, quàm actûs necessitas postulat, exigantur. Ideò, si in Camerâ super idoneâ cautione difficultas incidat, judex summarie cognoscet, an frivole, & arresti relaxationem extrahendi (seu protelandi) causâ hoc fiat. *Gail. d. c. n. 11.* (III.) Ut arrestum sit impositum ex causâ civ. non criminali. *Conc. d. l. §. 4.* Positis his recensitis requisitis, datur actio super d. Constit. atque mandatum S. C. (pro negotii qualitate etiam C. C. *Gail. 1. O. 1. n. 24.*) cum annexâ citatione ad docendum, se paruisse, vel videndum, se incidisse in poenam mandato insertam, petendum & decernendum est. *Conc. d. T. 24. pr.* Ob delictum si arrestum impositum ab eò, qui jurisd. in delinquentem nullâ ratione fundatam habet, arrestatus mandatum de relax. obtinere potest, *Mindan. de Process. c. 40. n. 4.* nisi sit crimen fractæ pacis; cujus persecutio omnibus permessa est. Dominus ratione sui interesse *principaliter* agere potest ad mandatum de relax. subditò, ejusque rebus. Sed necesse est, ut supplicatio nomine Domini concipiatur, & quòd ipse, non autem subditus, cautionem judiciò sisti, & judicatum solvi, adversario præstet, vel suò nomine offerat: quia persona Domini potius quàm sub-

subditi consideratur. *Gail. c. 8, n. 5. & 6.* Est verò relaxatio ar-
restorum plenè, cum omni suâ causâ, & utilitate faciendâ, h. e.
cum omnibus, quæ arrestatus tempore arresti habuit, vel ha-
biturus esset, si res arrestata non fuisset. *Gail. d. l. c. 2. n. 3. &*
c. 13. Expenfarum tamen, & interesse ratio demum habetur,
à tempore oblatae cautionis; non tamen aliarum expensarum aut
interesse, quàm ex re ipsâ provenientium. *Conc. d. T. §. ult. Ro-*
ding. l. 1. ff. Cam. Tit. 11. §. 8. Processus de relax. arrestò unicus
est, non bipartitus, ut ille Pignorationis, in Camerâ. *Gail. de*
arrest. c. 2. & c. 11. Reproducò mandatò, reus seu arrestator,
(qui in causâ mandati de relax. arrestò reus est, in judiciò or-
dinariò verò actor *Gail. c. 2. n. 5.*) aut non comparet, & proce-
ditur in contumaciam; aut comparet, & tunc vel de partitione
non docet, opponendò exceptiones, quas probare debet, (*vid.*
tamen Blum. d. T. 33. n. 38.) secutâ v. probatione, & justificatò
arrestò, quòd scil. ob justam causam & præviâ causæ cognitione
factum sit, *Gail. c. 11. n. 30.* mandatum cassatur; si non proba-
verit, paritio injungitur. Vel mandato paritum est, & tunc causa
principalis, ob quam arrestum impositum, ad ordinarium (punctus
sc. ille, utrùm arrestū justum, an injustum, in Camerâ terminandus,
actorque requisita Constitutionis de arrest. justificare, vel reus
contrarium probare tenetur. *Blum. d. T. 33. de P. C. n. 33.* Ubi
addit, quòd priori casu arrestum relaxetur, atque causa princi-
palis ad judicem ordinarium arrestati remittatur; posteriori
autem casu mandatum cassetur, arrestatusque, qui hòc casu ma-
net actor, coràm arrestatoris judice causam principalem perse-
qui teneatur) deducenda debet remitti. *d. pr. Gail. de arr. c. 3.*
n. 6. Camera tamen judex esse potest, si lis in eâ pendeat. *Blum.*
d. l. n. 17. De differentiâ Constit. Pignorat. & Arrest. v. *Mind.*
de Process. c. 42.

IX. Sequuntur Causæ illæ, in quibus *Personarum* quoque
ratio, sed tamen etiam intuitu *causæ* habetur, & *Actuum* nomi-
ne veniunt: in quibus licet vel maximè ratione personarum
jurisd. Austregarum fundata esset; tamen Austregæ non obtinent,
Ideò (ut *Blum. T. 27. de P. C. n. 174. putat*) quòd non in jure
actionis, sed mero officio judicis consistant. Hùc referuntur: *ado-*
ptio

ptio & emancipatio. Hæc aliàs fieri debet apud Judicem competentem, qui legis habet actionem. *l. 4. & 36 ff. de adopt. l. 1. & fin. C. eod. l. 3. de Off. ProC. l. f. de emancip.* Cùm enim adoptione filius, qui naturâ talis non est, jure fiat; emancipatione filius, qui naturâ talis est, jure desinat: idè præter voluntatem privatorum singularis magistratûs autoritas, quæ legis vicem suppleat, ad actus istos necessaria est, ut ex *Oswaldo Hilligero tradidit B. Dn. Struv. in S. J. C. Ex. 4. th. 17.* Emancipationem v. ad effectûs jur. Rom. fieri posse, & quandoque eam suscipi consultum ac necessarium esse, statuit *Illustr. Dn. Pres. in Comment. ad ff. l. 1. T. 7. th. 25.* Vid. supplicam pro emancipatione ap. *Blum. in Supplic. Cam. T. 14. n. ult. Klock. v. 3. Conf. 102. n. 110. jung. Bocer. class. 1. D. 12. th. 29. add. Gylman. 2. Symphor. Cam. Tit. 9. Supplic. 41.*

X. *Tutorum confirmatio* ad Camera quoque (2.) spectat, si pupilli immediatè sint Imperio subjecti. Cùm enim per *Refor. Pol. de anno 1548. Tit. von Pupillen &c.* nullus tutor administrationem tutelæ suscipere debeat, nisi ipsi sit à magistratu decreta. Hinc quoque Camera, quæ velut ordinarius Judex immediatis tutores vel curatores dare tenetur, eosdem quoque confirmare, iisve administrationem decernere debet *Gail. 1. O. 47.* ita ut planè cessent *Austregæ. Illustr. Dn. Pres. in tract. de grav. extraj. c. 5. S. 1. §. 13. n. 23. Uffenbach. de Jud. Imp. Aulic. c. 12. sect. 1. subject. 1. p. 148.* Quin & in Camerâ tunc administrationis, gestæque tutelæ, ratio omninò reddenda est. *Mind. de Contin. Caus. c. 4. num. 11.* (2.) Si pupilli mediati sub jurisd. inter duos Imperii Status tam ratione personarum, quam rerum litigiosâ habitent: ita ut uterque pupillis tutores dandi jus sibi attribuat, cùm causa sit favorabilis, & pupillorum personæ miserabilibus in jure accenseantur, ne illi indefensi relinquuntur, aut in majora pericula conjiciantur, in Camerâ tutores constitui solent; *Conc. p. 2. T. 1. §. pen. neutri verò parti in possessionis causâ hõc modò præjudicatur.* Idem præcedit & eò casu, quando domicilium pupillorum, ratione jurisd. est litigiosum, & controvertitur, num ejus ratione vel mediatè vel immediatè Imperio subjecti sint. *Swanem. Obs. Pract. 35. n. 43.* (3.) Si pupillo mediato tutor

tor immediatus detur, & hinc dissentiat, in Cam. citandus & confirmandus est: quia magistratus dicti pupilli in hunc tutorem nullam jurid. habet. Consentientem tamen tutorem magistratus ille confirmare potest. *Blum. T. 42. d. P. C. n. 13.*

XI. Sic quoque jurid. Cam. cessantibus vel maximè Austregis, fundatur *ratione Commissionis ad perpetuam rei memoriam*, *Uffenb. de Jud. J. A. C. 12. S. 1. Subs. 1. p. 148.* Et primo quidem eam fundari, si partes immediatè Imperio subjectæ, super aliquâ constitutione agere sibi proposuerint: hocque casu processus quotidie in Cam. decerni docet *Rutger. Rul. p. 2. L. 1. c. 2. n. 5.* quæ uti de Commissionibus, maximè Cameralibus, videri meretur: ita de his ad perpetuam rei memoriam peculiarem librum tractatui suo inseruit. Deinde quoque ex capite hoc, ne contentia causæ dividatur; *Rul. d. l. n. 6.* quin & generaliter in omnibus causis, quæ de suâ naturâ ad Cam. Imp. spectant, illa, ratione talium commissionum, adiri potest; *d. l. n. 7.* imò etiam si non statim in Cam. primam instantiam habere liceat, aliquando tamen singulari causa apud omnium Superiorem, Cameram scil. commissiones ejusmodi petuntur, v. g. in causis ad Austregas pertinentibus: *Rul. d. l. n. 8. & c. 22. n. 5. Myns. 1. Obs. 18. Gail. 1. O. 93. n. 2.* ita ut Commissarius, à Camerâ ad tale examen destinatus, dicta testium clausa ad eam transmittat. Quod si deinde pars producens petat à dicto judiciò, ut Commissarius rotulum examinis sibi edat, hoc ipsi denegatur. *Myns. 1. O. 18.* Si tamen idem Commissarius rotulum quoque Cameræ edere recuset, decernuntur compulsoriales *Myns. d. l.* (uti aliàs, si Commissionis negotium expedire protrahat seu deneget, mandata S. C. contra eum decernuntur. *Roding. l. 1. T. 12. §. 22. Blum. de P. C. T. 34. n. 130.*) Rotulus deinde editus unâ cum Protocollis utriusque Scribæ subscriptis, & in præsentia ipsorum à Commissariis obsignatis, ne partes occasionem nanciscantur copias videndi, sicque attestations addiscendi, *Conc. p. 3. T. 20. §. 21. Rul. d. l. c. 19. n. 1. & ult. add. c. 22. n. 13.* produci consuevit à Procuratoribus extrajudicialiter; adjunctâ petitione, ut ab actorum magistris, sive actuariis ibid. tantisper conservetur, *Conc. p. 3. T. 20. §. pen.* donec lite coram giudice competente ceptâ
ad

ad petitionem partis producentis, quæ documentum à iudice, ubi lis ventilatur, proferat, litem pendere, repetitionem attestationum esse necessariam, vel partem adversam esse contentam, *Rul. c. 20. n. 8. & 9. Conc. d. T. §. ult.* iterum à Camerâ repetatur: ad eum scil. effectum, ut suò locò & tempore in primâ instantiâ exhibeatur, atque publicetur. *Gail. d. l.*

XII. Propter executiones nonnullarum sententiarum immediatè etiam fundata est Cameræ jurisd. & quidem (I.) in executione laudi arbitri vel arbitratoris, contra Principem vel aliam personam immediatè Imperio subditam, prolata, casu, quo tale laudum esset homologatum, & per consequens executioni mandandum foret: nam tunc executio laudi immediatè ad Cameram spectat, quia arbiter non habet executionem, sed Ordinarius rei. *Gail. 1. Obs. 1. num. 50. & seqq.* (II.) In executione sententiæ ab Austregis latæ. Eo tamen casu Camera ad exequendum dum imploratur, si Austregæ rei impares sint, aut exequi non velint. *Illustr. Dn. Pras. de grav. extraj. c. 8. §. ult.* (III.) in executione sententiæ per appellationem ad Cam. delatæ, appellatione desertâ pronunciatâ, neque iudice inferiore juxta jus commune, aut Ord. Cam. exequendi potestatem habente. *Conc. p. 2. T. 33. §. penult.* (IV.) in executione sententiæ ab inferiore iudice latæ, si non in illius, sed in aliis diversis territoriis condemnatus bona habeat; *Blum. T. 42. de P. C. n. 9.* it. quando in executione sententiæ cesset, officiumq; suum facere negligat. *Illustr. Dn. Lynck. cit. loc.* (V.) Si Iudex aliquis Ecclesiasticus post sententiam, remque judicatam, tantâ contumaciâ refragantem inveniatur, ut nullis eum censuris Ecclesiasticis ad sententiæ satisfaciendum compellere valeat, aut iudices seculares de faciendâ executione requisiti parere ei noluerint, sicque iudex ipse Cameram imploret, narrans se omnia tentasse, à Camerâ contra partem victam ac contumacem mandata executorialia S. C. decernuntur. *Gail. 1. Obs. 15. num. 2. & 3. Blum. d. T. n. 10.*

CAPUT IV. & ULTIM.

De

CAUSIS JUDICIUM CAM.
NEC FUNDANTIBUS, NEC
AGNOSCENTIBUS.

I.

Vidimus causas, in quibus *jurisd. Cam. etiam quoad primam instantiam fundatur*. Paucis nunc adjiciemus causas, ex peculiari dispositione illius judicii, *ibidem disceptari prohibitas*; inter quas præter causas illas, quas Cæsarea Majestas Cognitioni Judicii sui Aulici peculiariter *reservavit*, primo loco sese offerunt *Causæ Criminales*. Ambiguitatem vocis criminis jam non explicabimus, nec in medium afferemus, quid sit criminaliter agere, quidnam civiliter, solum dicturi, quod causæ crim. pœnam corpor. afflictivam complectentes, *die Leibstraff auch sich tragen* (excepto banno Imperiali, quatenus illud pœnam corpor. afflictivam continet) ad Camera[m] deferri planè non debeant: non per appellationem, quia ex generali Germaniæ consuetudine causæ criminales non duas, sed unicam saltem involvunt instantiam, quâ etiam finiendæ sunt. *Ord. Cam. p. 2. T. 28. §. 5: R. I. Aug. de an. 1530. §. 95.* nec per viam simplicis querelæ, cum causæ ejusmodi criminales *jurisd. Camerae nullatenus fundent*, uti disertè tradit *Ord. Cam. p. 2. T. 22. ibi: allein Malefiz-Sachen ausgenommen. add. p. 1. T. 50. §. fin. & R. I. 1594. §. 68.* Insuper *Constitutionem Friderici II. Imperat. ap. Goldast. 2. der R. Cam. fol. 22.* in quâ habetur: *Wo es aber Fürsten und andern hohen Leuten an ihr Leib/ an ihr Ehr/ oder Recht gehet/ das wollen wir selber richten/ &c.* nullibi dicunt reperiri mutatam. Nec per prorogationem in dictis causis Camerae *jurisd. fundatur. Gail. de P. P. l. 1. c. 12. n. 10.* Imò, si ex ejusmodi causâ ad pœnam pecun. agatur, non cognoscit Camera. vid. *Blum. de P. C. T. 43. num. 7. & 11.* Sufficit namque, ad denegandos in Camera Processus, causam talem esse, quæ

F

pœna-

pœnam corporalem importet, nullâ habitâ consideratione, quòd pœna corporalis in pœnam pecun. vel officii privationem, ex gratiâ & commiseratione, commutata sit, cùm pœnæ extraordinariæ in locum ordinariorum succedentes, earum naturam imitentur, & surrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum surrogatur. vid. *Mind. de Process. c. 9. n. 16.* Idem obtinet, si quis aliquem criminaliter accusaverit, ab accusatione autem destiterit, vel crimen in accusationem deductum non probaverit. Quòd si enim tunc accusatus per sententiâ absolutus, accusatorem ad expensas, illatas injurias, & data damna, ex meritò reconveniat, alter condemnatus frustra appellat. *Const. Crim. art. 12.* Limitationem tamen, uti ex supra traditis jam tum patet, modò dicta accipiunt, quoad causam pacifragii. In hâc enim jurisd. Cam. fundata est *Myns. 2. O. 98. n. 8.* licet ad pœnam corporis ex eâ agatur. Judicio Cam. cognitionem quoque tribuunt in criminibus, à Cameralibus commissis, propter *O. Cam. p. 1. T. 50. §. fin. Rutger. Rulant. l. 2. c. 3. n. 2. vid. egr. Illustr. Dn. Pres. in Diss. de Libertate Statuum J. S. 2. §. 6.* qui in *precedenti quoque §. 5. ibidem* de judice, quem Principes & Status J. in criminalibus fortiuntur, optimè videri potest. Locus interim quoque datur appellationi in criminalibus (1.) si tertius in causâ crim. interveniens fortè ratione suæ jurisd. appellet. *Mind. d. c. 9. num. 11.* (2.) Si de competentia judicis disputetur. *d. l. n. 10.* (3.) Si dubitetur, utrùm causa sit crim. quia in dubiò appellatio recipienda. *Blum. d. T. n. 12.* Nullitatis quoque in Processu Crim. admittæ causam, *principaliter* intentandam, (si scil. dicatur, sententiam, vel modum procedendi esse nullum, ejusque rescissio peratur, absque ullâ mentione appellationis, *Myns. 5. O. 91. n. 2.*) ad Cameram deferre licet, (vide omnino *Conc. p. 2. T. 31. §. 14. add. Myns. 4. O. 42. Gail. 1. O. 1. n. 27. Blum. T. 43. de P. C. n. 13. & T. 56. n. 26. Rod. l. 1. ff. Cam. T. 33.*) & quidem à reò vel inquisitò, non etiam ab accusatore, prætexente, accusatum nulliter absolutum esse, nisi fortè ex processu vel sententiâ ipsi immineret pœnæ talionis & corporalis. *Myns. d. l. Rod. d. T. §. 8.* Nullitatis questione, in quâ non de meritis causæ, sed Processus saltem qua-

lita-

litate, judiciò magis civili, quàm criminali, tractatur, in Judiciò Camerali decisâ: principale negotium ad ordinarium, ut formaliter ac legitimè sec. Constit. Carolinam in eò procedat ac judicet, remittitur, *Concept. d. l. Blum. supra alleg. Tit. Rulant. p. 1. de Commiss. l. 2. c. 3. n. 2.* Hæc de causis criminalibus poenam corp. afflic. inferentibus. De reliquis verum esse arbitror, quod aliàs dicitur, de non exceptis judicandum esse sec. regulam. Illi igitur, qui aliam, quàm in Cam. instantiam non habent, ibi rectè de iis conveniuntur; alii verò in dd. caus. rectè eò appellant. Cautè autem ejusmodi supplicans observet, ne verbis utatur, daß peinlich wieder Appellanten procediret sey; aliàs namque Processus denegari, præjudiciò confirmat. *Mind. d. c. 9. n. 21.* Sed narrare tenetur: daß zwar peinlich/aber nicht leibstråffig geklaget und procedirt sey. *Blum. d. T. n. 16.*

II. Nec ad Cam. jurisd. pertinent *Causæ Matrimoniales*: *Conc. p. 2. T. 1. §. ult.* ita ut ne quidem per modum appellationis eò devolvi possint, observante *Gailiò 1. O. 112. in f.* (dissentit aliquatenus *Mind. de Process. c. 10. n. 7.*) atque hoc intelligendum, si agatur de contrahendò vel dissolvendò matrimoniò. Aliud dicendum, si quæstio citra vel extra matrimonii substantiam occurrat; *Blum. d. T. 43. n. 17. Mind. de Process. c. 10. n. 8.* ut si quærat, an sententia in causâ matrimonii transeat in rem judicatam: de quâ *Gail. cit. Obs.* Plures vid. ap. *Mind. & Blum. all. loc.* Ratione nullitatis quoque *principaliter* deducendæ Camera hîc fundata est: *Rod. l. 1. ff. Cam. T. 33. §. 4.* It. si de competentia jurisd. disputetur, nempe si judex inferior, qui alium superiorem quàm Cameram non habet, se competentem dicat, pars verò pro tali eum non agnoscat: tunc enim non super matrimoniò, sed super competentia, quæstio est; *Mind. d. c. 9. n. 10.* ut & si concernat personam Cam. arg. *Ord. Cam. p. 1. T. 49.* it. in quæstione facti; ut si quærat, an matrim. sit contractum nec ne. *Gail. 1. Obs. 38. Blum. d. T. n. 21.* Non minùs in causâ executionis rei judic. si scil. per implorationem brachii secularis mandata executorialia S. C. petantur, aliquando ea decreta esse tradit *Limn. IX. c. 2. n. 190.* Denique si Status Aug. Conf.



Conf. à Catholicæ Relig. Officialibus in his causis turbetur; quò casu Processus petuntur auf den Religion-Frieden *Illustr. Dn. Pres. de grav. extraj. c. 6. §. 26. n. 14.* qui ibi quoque præjudicium habet.

III. Porrò non possunt trahi ad Cam. jurisd. *Causæ Spirituales.* vid. *Dn. Strauch. Exot. 13. th. 6.* Quæ autem tales sint causæ, non una eademque omnibus in Imperiò est sententia, vid. *Illustr. Dn. Pres. in Anal. ad Swed. S. 1. c. 11. §. 8. add. Strauch. d. l.* Si incidit in causis civ. quæstio Spiritualis, remittitur illa ad judicem Ecclesiast. suspensâ interim causâ civil. coram seculari pendente. *Gail. de arrest. c. ult. n. 5.* Si tamen de factò, item quoad possessionem, in causis spiritualibus controversia sit, desuper Camera cognoscit. *Illustr. Dn. Pres. cit. l. S. 1. c. 13. §. 11. add. Gail. 1. O. 37. n. 5. & 1. Obs. 38. n. 2. 3. & 4. Myns. 2. O. 67. n. 2.*

IV. Quòd ob *causam Feudalem*, si seil. de Ducatu, Comitatu, &c. uni per sententiam definitivam abjudicandò, & in alium transferendò agitur, non habeat fundatam Camera jurisdictionem: textus est expressus in *Ord. Cam. p. 2. T. 7.* An verò solus Imperator, vel unâ cum Paribus Curia de his feudis cognoscat, controvertitur inter DD. uti videre est in *B. Dn. Struvii Synt. Jur. Feud. c. 16. aphor. 5. num. 4.* Nos interim soli Imperatori de feudis illis regalibus cognoscendi potestatem, ob rationes, quas *Itterus de Feud. Imp. c. 25. n. 8. & seqq.* collegit, vendicari posse arbitramur; cautiùs tamen illum agere, si, (uti *Mauritius, Ass. quondam Cam. ad Capitul. Leop. art. 28.* annotavit,) juxta *J. Pac. art 5. §. Quod processum &c. § 5.* in causis tanti momenti, unde facilè motus & tumultus in Imperiò timeri possunt, quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum requirat vota. Hæc ita, si inter convallas lis est. Quis autem judex esse debeat, quando Imperator partem alteram litigantium constituat: non magis inter DD. expeditum est. vide iterum *Dn. Struv. c. l. aph. 6. n. 5.* Constitutionem sane *A. B. T. §. §. fin.* locum habere plurimi dubitant, quoniam in Dispositione illâ generali causas specialiter privilegia-

legiatus non contineri putant. vid. *Schütz. Vol. 1. Jur. Publ. D. 7. tb. 21. Lit. E. Itter. de Feud. Imp. c. 25. §. 16.* Dictum autem locum *Ordinationis Cam.* tam de possessoriô, quàm petitoriô, intelligendum esse, satis certum est; tum ob generalitatem textûs, *Leipold. de concurr. jurisd. q. 5.* tum ob observantiam, *Illustr. Dn. Pres. in Anal. ad Swed. part. special. Sect. 1. c. 9. §. 16.* Vocula enim *endlich* ibi denotat qualitatem sententiæ: & in iudiciô possessoriô fertur quoque sententia definitiva, quâ possessio planè abjudicatur. *B. Dn. Struv. d. c. 16. aphor. 4.* Idemque juris esse in parte feudi, quod est in totô, statuunt *Illustr. Dn. Lyncker. in Anal. ad all. c. 16. aph. 4. n. 4. Schrader. p. 10. de Feud. Sect. 2. n. 68. Leipold. d. q. 5. inf. Myler. de Statib. l. 1. c. 10. §. 15.* cum super parte non minùs, quàm totô, definitiva sententia feratur. *Itterus cit. c. 25. §. 6.*

Hæc nunc adduxisse sufficiat. Restarent equidem, de fertilissimô hõe themate, perquàm plurima deducenda; quæ tamen instituti rationem habenti latius prosequi mihi non licuit. Quòd si verò, B. L. ob exilem, quæ hætenùs de rebus Cameralibus mihi fuit, notitiam, in unô alterôve capite impegerim, nec etiam de reliquô satis concinnè, aut aptè omnia proposuerim: quin humanæ conditionis memor, æquò sis alata suscepturus animô, nullus ambigo. DEO interim

T. O. T. M. pro concessis hucusque
viribus sit

Laus, Honor & Gloria
in Secula.

Nil

(6)

Nil juvat exhaustos Themidi
sacrâsse labores:
Nî quoque *publicitûs* præ-
stita *prostiterint*.

*Generoso, ob Virtutes præclaras & Doctrinam
egregiam sibi commendatissimo Viro Juveni,
suo in Collegio maximè privatò, tum & aliis,
tam Publici quàm Privati, & tam Feudalis
quàm Canonici Juris, Auditori continuo, &
Auctori Disputationis solertissimo, de experi-
mento hoc Studiorum singulari animitûs
gratulatur*

P R A E S E S.

Scit sola virtus omnium verissimam
Artem, Viros mactare signis inclytis.
Te Sanguis ordini Virorum illustrium
Adscripsit olim Virtus en addit cassidi
Pulchram coronam. Duplici micas luce;
Quæ, comprecor, fiat Eoâ clarior.

*Quibus
Generoso presentis dissertationis Auctori
Domestico suo suavissimo Felici-
ter acclamat*

Petrus Müller / D.
Colleg. Juridici Decanus.

Mar-

§(o)§

MArtis & artis opus tractas,
generosa propago,
tot summis patriæ nobili-
tata viris!

Martis opus posthac dabis, & præ-
stantia facta
augebis studiis, indole, voce,
manu.

Artis opus nobis præsentî thema-
te monstras,
& gratus musis, ire per astra
potes.

*Generosissimo Dn. Hundio
dissertationis auctori
exemplo maiorum
iamiam ad signa transituro
fausta precatur omnia*

GEORGIUS SCHVBARTVS, D.
& Prof.

A Mon-



A

Monfieur HUND

Gentil-homme Allemand

Sur

Sa Dispute des Causes qui fondent
La Chambre Imperiale.

*S*l par les premiers fruits d'une simple carrière,
Vous protegés la pais, les lois, la liberté
Qui font comme l'on dit * des dons de Deité
Que doit on esperer, d'un âge plus severe:
L'on vous verra par tout poser une bariere,
Au plus grand chicaneur, au Juriste emporté,
Et leur dire à tous deux, d'une vois de tonnerré,
Mets fin sans plus tarder à ta méchanceté;
Vous êtes reservé pour quéque grand mistere,
Pour rendre au Cors du Droit sa juste clarté
Pour rapeller au monde la nimphe verité
En un mot pour donner le repos à la terre.

* Quintil. liv. 5. ch. 2. leges
libertas & pax sunt opti-
ma dona.

parson tres humble & tres
obeissant serviteur

Besel.




(X2256771)

ULB Halle 3
005 132 509



Vb17







B.I.G.

Farbkarte #13

Pub. 19. num. 11.
1693, 12^a 15

S A S CAMERALE NTES,

DIO
XCELLENTISSIMI
RISTOPHORI
ERI

ATISSIMI
AET ET KOETSCHAU
ENS. CONSILIARII INTIMI,
RIS ET ANTECESSORIS
Æ PROVINCIALIS ET
RIS GRAVISSIMI

ERVANTIÆ CULTU
NERANDI,
S A L A N A:
ACADEMICA

disquisitioni
Io Ioc XCIII.



ONDENS
OPHORUS Hund/
TIN.

ERIANIS.